

BIBLIOT. UNIW. W POZNANIU  
OW 8231  
INKUNABULY





BIBLIOTEKA UNIW. W POZNANIU



Inc. 35. Q

INKUNABULY





BRANT  
CARMINA





BIBLIOT. UNIV. W POZNANIU  
DW 8251  
INKUNAEULY



35  
Dapp.

# Varia Sebastiani Brant Carmina.



Quę tibi diua miser christipara / carmina lusi  
Cęlicolisq; aliis: suscipe grata velim.  
Et mihi pro reliquis erratibus optima virgo  
Exores veniã: criminibusq; precor.  
Nam pro laude tui nati / superiq; tonantis:  
Cuncta hec concinui que liber iste tenet.



1498.

12/10/617

**NIHIL SINE CAUSA.**

*Johan Bergmaer de Olpe. Archidiaconus grandivallii*

*vetto.*





BIBLIOT. UNIW. W POZNANIU  
OW 8231  
INKUNAEULY





*Part. lat. no. 548*

*Phil. Sage M. u. N.*

KAISERV

SEN



Geschenk der Kgl. Universitäts-  
Bibliothek, Göttingen. 1900.

E. D. d. j.

1898





Kain I p 813a-3731  
(actual font)

H\* 3731

GKW 5068



1207320 (N)



35  
Pap.

# Varia Sebastiani Brant Carmina.



Que tibi diua miser christipara / carmina lusi  
Celicolisq; aliis: suscipe grata velim.  
Et mihi pro reliquis erratibus optima virgo  
Exores venia: criminibusq; precor.  
Nam pro laude tui nati / superiq; tonantis:  
Cuncta hec concinui que liber iste tenet.

.1498.

12 fe. 17



NIHIL SINE CAUSA.

Johan. Bergmae de Olpe. Archidiaconus gradisvicki

verte.



# Proclamo magnarūq; virtū

tū viro: dño Wymmaro de Ercklēs philosophię magistro: gloriosęq; virgīs marię ecclię Aquēsis decano: sibi plurimū obseruādo: Iohannes Bergman de Olpe Archidiaconus Grandisvallis cū obsequio. Salutem.

Q; te sūma virtute virū/ singlari quodā atq; p̄p̄modū innato amore sp̄ p̄sequutus fueri: vel ex hoc cognoscere licebit: q̄ a p̄mis nr̄ę adolescētīę vnguicul: cōib⁹ nos apud Basileorū gymnasiū eruditos fuisse lr̄is nō ignoras. Neq; rursus tuā latere poterit hūanitatē: quāta inter nos ea tēpestate fraterna fuerit consuetudo atq; familiaritas: vsq; adeo/ vt q̄sq; nr̄m fere alter esse existimaret. Id qd̄ longo etiā tēporis postea intercidēte curriculo: a venerāda tua reminiscētia minime excidisse/ certo certiq; cōperi. q̄ppe qui me nup̄ in vrbe tua Aquensi: hospitē tū & aduenā de gentē: tua hūanitate: munificētia/ māsuētudīne & beniuolentia ita fouisti. exornasti: refecisti & p̄sequutus fuisti: vt i. gratus iure meritissimo iudicē: nī te obseruē ac venerer plurimū. p̄inde vt aliqd̄ p̄ tā inumeris tuis in me collatis tū officiis: tū bñficiis: gratię rependere videar: Memor sū te crebro verbis q̄ honestissimis: me cū corā esse: nōnunq; etiā absentē scriptis sollicitasse: q̄tenus singla. Sebastiani Brant. quōdā nr̄i cōscholastici carmia: lucubrationesq;: tibi/ p̄reçq; oībus vni trāsmittē: qd̄ eo libēt⁹ me facturū pollicebar: quo & tui & illi⁹ optimi viri sū obseruātissim⁹ penitus dicatus. Et vt a nēa ab illo precibus impetraui: quatenus tuo iussu atq; p̄catu: ad reliquias ecclie vestre Aquēsis thesaurū sacratissimū: aliq̄ cōmēdaticia cōderet carmia nr̄a & nūc tuo amore p̄suasioneq; ductus: oīa illi⁹




que saltē ad p̄sens edere publicariq; voluit tam religiosa  
q̄ p̄phana carmīa: in vnū cōpegi volumen: impressioniq;  
mandauī: tuoq; p̄stantissimo nomini dedicaui: vt sicut te  
hoīs illius integerrimi/amātissimum esse certo scio: ita ex  
scriptis suis ornatissimis: tuq; prestātīq; auspīcatīs: cōem  
illū n̄m amicū obseruare/colere/& amare nō cesses. Nec  
tñ te lateat velīm/quoniā plurima p̄terea iucunda&lectōe  
digna: is apud se abstrusa adhuc & secreta continet: q̄ ob  
inuidiēq; emulatōnē editurus nō ē: neq; diuulgari nisi post  
sua fata sinet: q̄lia nō nulla his oculis vidi atq; cū admira  
tione & stupore perlegi. Dignus qui solis musis operam  
dare: sanctisq; lucubratiōibus inuigilare & incūbere posset  
Cogitur at iuri nimis indulgere: scholisq;/atq; fori strepi  
tus iurgia vana sequi. Sic visum est sup̄is: nulli deus oīa  
soli Contribuit: fati durus vbiq; tenor. Hęc sunt ornatissi  
me p̄ceptor q̄ de cōis n̄i amici fortuna & labore tibi sig  
nificare volui. Reliqua tu vt es vir ingenio & prudētia sin  
gulari non difficile cōsiderabis. Te tñ postremo vehemē  
ter etiā atq; etiā oro: vt que verbis abs tua hūanitate p̄s  
ens expetiū: absens meminisse velis: effectuiq; cum cōmo  
ditas accesserit demandare. Et iuxta pollicitationes tuas  
dudū mihi scās: vetustos tuos amicos&cōsocios/inuisere  
digneris: quod tū facile feceris: cū helueticorū heremū/lo  
cū deo dicatissimū applicueris. In teā diuq; vale: nosq; vt  
facis ames. Tibiq; p̄suadeas: neminē esse ex amicis oībus  
te mihi chariorē Ex Basilea altrice educatriceq; iuuentē:  
studiorumq; n̄ro. Idibus Martiis Anno dñi. 1498.

BIBLIOTHECA  
ACAD. GEORGIAE  
AUGUSTAE

A. ii.

JUL. 35





# Ad magnificū ⁊ nobilem

virum dominū Adelberū de Rotperg : insignis  
ecclesię Basiliē. Decanū : pro virginalis concep-  
tionis defensione : contraq; maculistas; virginis  
marie/furorem : Inuectio. Sebastiani Brant.

Qz te cultorē scio virginis intemeratę

(Huius enim laudes multiplicare studes.)

Decane o prestans : de Rotperg mitis Adelberg :

Qui decus es patrię : presidiūq; meum :

Hinc tibi quę nuper p virgine sumpsimus arma

Offerre institui : dedico & illa tibi.

Vt plane : indolui q̄ nup : noscere possis

Cum maculistas; mentio nostra foret

Quęq; ex ore tuo pater o celeberrime sumpsi

Hęc repetita/meo carmine/verba cape.

Da veniā : furis nunq̄ maioribus acto :

Sed tamen : vt iustis : sic quoq; perpetuis.

Tuq; molestus eras (memini) cōtra hos maculistas.

Hostem affirmabas te fore semper eis.

At nunc/auscultes tranquilla mente/canenti.

Sit satis : insana me modo naue vehi.

**S**entibus/vrticis/spinis/tribulis/ & achantis

Imprecor horrescas improba lingua velim :

Quę temere hoc audes : conceptū dicere mīs

Christifere; macula non caruisse sua

Dicito quadrupedās heus bestia : quur sapere ausis

Plus/q̄ doctoꝝ tam veneranda cohors;



An ne putans / Thomā (doctus licet) anteferendū  
Ecclesię? aut tantis patribus omnigenis?  
Ille quidē id tenuit: sed non temerare putabat  
Virgineū (errabat vir bonus ille) decus.  
Erratiq; sui veniā (sic credimus) inde  
Obtinet: & meruit tantū abolere nefas.  
Hunc tamen & Thomā quodā dixisse libello  
Comperio .scripti parte priore sui:  
Q; deus: haud m̄rem posset fecisse Mariā  
Quo melior fieret: clarior atq; foret.  
Tanto etenī decuit m̄rem esse nitore serenā:  
Quo fulgere magis sub deitate nequit.  
Ferre creaturę quicq; deus vsq; valebat  
Purę: hoc in m̄rem cōtulit ipse suam.  
Quis potuisse deū / nisi tu maculista / negauit?  
Sic deus omnipotens / non erit omne potens.  
Tu decreta patrū cōtra: Synodū & generalem  
Pollutis blaſtras / verba nefanda / genis.  
Multoꝝ extollis stolidoꝝ dicta viroꝝ  
Qui tibi sint habitu / stultitiaq; pares.  
At bñ si memoras alios: dic / quis tamen vnq;  
Dixerit hoc doctus: siue homo catholicus?  
An vobis fidei plus sit / q; parisiensi  
Gymnasio? doctis mille aliisq; viris?  
Ecclesia hoc Romana tenet / celebratq; p orbis  
Climata: quāq; sequi membra minora decet.  
Hoc tenet (exceptis maculistis) religio omnis:  
Prębiteri / atq; senes: hoc pia turba tenet.  
Hoc sacra pontificum deuotio laudat: & auget  
His meritū / & veniā / qui simul illa tenent.



Hoc oriens tenet: auster ítem: septemq; triones:

Hoc tenet occíduę lector vbiq; scholę.

Nostra vel hinc meruit famam Basilea phennę

Concepte matrís quę bene clausit opus.

Quo fit: vt haud matrē lędas modo: sed Basileam

Polluís: & laudę subtrahís inde bonam.

Pontificem nescís Nicolaũ cuncta p̄basse

In Synodo expediit quę Basilea prius?

Sed facile hoc nescís/quí nil didicísse videris

Quã stolloppó matrē cōmaculare píam.

Rubra vtínã hiesy lępra maculerís: ea ve

Quã moy sí temero p̄tulit ore soror.

Quíd íuuat intactę cōceptũ ab origine matrís

Fędare: & macula polluere (oro) graui?

Cur maculísta placet tibi & hęc tam sęua libído

Impetere/hanc verbís garrule parthenicę?

Crede míhí/expectat tandem vindícta tonantis:

Supplicíũq; decens/teq; tibiq; pares.

Sí nescís q̄ sit durũ contēnere díuos:

Tantalus/Ixíon/Sísyphus illa docent.

Addo alíos: quorũ malesuada audacia/pęnas

Hac illa p̄ re/senserat esse graues.

Sí nihil exhorres: Salmoneus fulmíne flagrans

Te moueat saltę: fata vel Enceladí.

Pęnaq; sí desít: rogo quę tam díra voluptas:

Velle tuis verbís cōmaculare deum?

Afferere attemtans/quę nō potuísse parentę

A scelere ímunem cōtinuísse suam.

Esto etiã vt rerís: sint argumęta p̄bata

Vel tua: cōcludant: soluere nemo queat:



Quid tñ edificat nodos strixisse popello?  
Solis cōueniunt garrula verba scholis.  
Luget ad hęc populus: cuius ps: vero fatendo:  
Mendacē & vanū/te stolidūq; vocat.  
Nonne omni crescet maior deuotio plēbī:  
Si (velut est/virgo hęc) non maculata manet?  
Sed scio quid lateat: tibi mens est/velle videri  
Perfidie semen spargere in ecclesia.  
Forte putas solio matrē pepulisse sacrato  
Hucq; aliquē ex monachis ponere posse tuīs.  
Aut igitur solus sapiš: & gens omnis aberrat.  
Aut tu solus (vt es) stultior illa facis.  
Nimirū/hic ferus est/vuas depastus amēnas  
Ecclesie: dum vult singula vota sequi.  
Proh pudeat solos miserōs vos scindere vestem  
Ecclesie: atq; illi figere velle rugam.  
Gręcia in exemplū veniat: quę multa seorsum  
Dum seruare cupit: funditus interiit.  
Fama est/saluifici templi periisse magistros:  
Dum noua sectantur: scindere seq; parant.  
Vnde ordo e medio is/cessat sublatus. at olim  
Posse etiā fieri/vel tibi & ista/time.  
An te cuculla deus induit: vt genitricē  
Spurcidico lędas ore pterua pecus?  
An ne ideo cellam ingressus: taminator vt esses:  
Virgineę & laudis versor/aselle miser?  
Huc pperate cito pueri: decet hos maculistas  
Virginis/a cathedra deiicere: inq; lutum.  
Quos maculam/intactę iuuat impinxisse parenti:  
Fecibus hi digni: sunt macula/atq; luto:



Zeloteꝝ o matris: exta/íntestina/lyenes/  
Poriícite in rabídos/putrídaqꝫ oua/canes.  
Quíd tñ a stolidis fieri hęc patiemur ínult a?  
Prímípylus matris nemo vel esse volet?  
Quí agite o cíues/tantum defendete honorem  
Conceptę mris/vulnera ad vsqꝫ decet.  
Quí temere hanc tangit cęlestę furcifer archam:  
Par Ozę/atqꝫ abyron/fiat & allophylis.  
Sive ígitur monachus: seu sis latrator anubis:  
Sit tibi cer bereus/tępus in omne/cibus.  
Queqꝫ promethęo volucris: Tytío ve coheret:  
Hęc laceret rostro/labra pterua/suo.  
Icubitũ: in cella sordes defleto paternas  
Et pprium crimen/psídiamqꝫ gemas.  
Cunqꝫ tibi subeat castę cõceptio matris:  
Continuo/sceleris mentio nulla/velím.  
Velle dei/& meritũ/sit pro ratione/parentis:  
Sí nulla esse satis par tibi causa potest.  
Cum tñ & subsit mihí demonstratio pregnans  
Et ratio: q̄ non carmína sola ferunt.  
Hanc tñ ex Slettstat doctíssimus ille Iacobus  
Carmine depromsit iam satis atqꝫ sup.  
Et Lapidanus: ítem doctor venerandus in euum  
Chartulíę: expressit hasqꝫ aliasqꝫ prosa.  
Hos lege: & ex illis disce o maculísta: vereri  
Conceptũ matris: peníteatqꝫ precor.  
Post modo (ní cesses) in te mihí seuus Iambus  
Ibit: & Archilocho/me experiere parem.



# Gloriose virginis Marie

intra se admiratio/ingrediēte Angelo.

Sebastiani Brant.

**Q**uid tibi vis paribus veniens caducifer alis:  
Qui subito nostri claustra cubilis adis?  
Quid tuus aduētus? quid vult tua candida imago  
Et tua quę niueo palla decore nitet?  
Quid sibi tanta salus? quid vult sibi gratia tanta?  
Quis mihi mittit Aue? tu ne? vel alter herus?  
Proh misearm exterret tua me p̄sentia quantum?  
Cor mihi confusum est: sum quoq; mētis inops.  
Stare vides stupidā: tua vox mihi faucibus obstat  
Ut fileam: possit nec mea lingua loqui.  
Angelus? an ne aliquis iuuenū pacē ne reportas?  
An magis insideas. fallere me ne venis?  
An nescis vni q; sim sponsata marito?  
Nec decet alterius suscipere ora viri?  
Nulla salutandi mihi consuetudo virorum.  
Nec volo: nec quēquā noscere anhelō virum.  
At dñi: tua nō: mihi te mandata referre  
Audio: quisquis is est: gratia magna sua est.  
Illius vt mihi sit venerabile nomen in eum  
Sic propere horresco cū sua verba refers.  
Pectoris interiora ligat pudor ille vetustus  
Virgineus: trepidant en mea mēbra metu.  
Palpitat & pauidi pars integra corporis: in me  
Viscera cuncta timent: corq; manusq; tremūt.  
Nec mihi succense: merito (quia virgo) timebo.  
Angele/quisquis eris mens mihi fœminea ē.



Turbor: & attonitę mea sentio vulnera mētis:  
Spiritus & flagrat noſter ab igne nouo.  
Membra gelu titubāt: coit & formidine ſanguis.  
Quod timeo: illud amo: qđ tremo: habere veli.  
Tu ne ille es fortis Gabriel: virtusq; ſuperni  
Conſilii: magni nunciuſ atq; dei!  
Atq; vtinā videant mea ſęcula: gentibus olim  
Promiſſum: pariet quę pia virgo deum.  
Si venturus ades: cęli perrumpę fenęſtras:  
Virginis inq; vterum labere ſancte puer.  
Quicquid erit: clemęs humilem deus aſpice ſeruā:  
Fiat & ancillę/quod placet vſq; tuę.  
Nęſcio quid certe eſt: animuſ pęſagiuſ: ad ornem  
Vt thalamū ſuadet/hoſpiciuſq; deo.  
Attamē auſcultē: neq; enim ſine numine diuum  
Affore te credam: nuncia lęta refer.  
Incipe: turbatoſ animoſ ſolare puellę:  
Et loquere/& benedic: mollia verba ferens.

## Verba angeli ad Mariam

Miſſuſ ab excelſo: thalamū pia virgo pudicū:  
Virgineūq; tuū paciſer ingredior.  
Plena quidē eſ doniſ: cęleſti & munere habūdans:  
Et tecū dñs: regia mater Aue.  
Nę timeaſ: placuit tua forma Maria/potentī  
Crede deo: parieſ quem vocat ipſe Ieſum.  
Quippe Dauit patriſ/regnoq; & ſede gubernans:  
Inq; domo Iacob perpetuo ille reget.  
Nę turbere animo: nęue exhorreſce ſalutem:  
Te quia delegit: rexq; deuſq; poli.



Nec tibi sit mirum: si nuncio te fore matrē:  
Cognita cū nulli sis pia virgo viro:  
Gratia nempe dei tua viscera sancta replebit:  
Teq; superueniet spiritus ipse dei.  
Te vel inumbrabit diuino numine: virtus  
Pneumatis: & mater diceris esse dei.  
Nascetur pulchra de te vel origine magnus  
Filius: hic patrem nesciet esse solo:  
Sed patre ab æternoq; ante omnia sæcula natus  
In tua delapsus viscera: fiet homo.  
Ille hominū varios discet sufferre dolores.  
Desinet & per eum fons & origo mali.  
Ecce etiā Elizabeth cognata/ætate senili  
Concepit: sterilis cum tamē illa fuit:  
Hic quoq; sextus adest mensis/quo tpe primū:  
Insignē puerum semine patris habet.  
Non equidē graue erit/supo verbum omne tonāti  
Quin cito pficiet quicquid vbiq; volet.  
Ecce ancilla dei si dixeris: & mihi fiat  
Quicquid ais: clauso corpore/mater eris.  
Deinde deum pariterq; hominē/pducere in orbē:  
Mensibus exactis. te deus ipse iubet.  
Iamq; Vale: & sicut mater dilecta vocaris:  
Sponsaq; tu templū/consiliumq; dei:  
Sic miseris patrona reis: sic redde benignū  
Filiolum miseris propiciūq; tuum.

Virginis effigiem qui transis forte viator:  
Non dedigneris dicere mater Aue.



# Contra iudeos & hereticos.

Conceptionem virginalem fuisse possibilem Argumentatio. Sebastiani Brant.

**H**uc ades o lepidum caput: inueterate malorū  
Impurūq; pecus: carmina nostra legas:  
His veterē errorē tibi de pulmone reuellam:

Huc ades hęc nostra & scripta Sabelle vide.

Qui temere hoc audes / non concepisse Mariam

Dicere (verbigenam sed reperisse suum.

Huc recutite veni canis / erubeasq; tuendo

Iudę infelix: tuq; Fotine miser.

Afferere audetis / christum de semine natum

Esse Ioseph / sancti / celibis atq; viri.

Quid fuit inuento? quid opus / genitum esse virili

Semine? qui semen format / & esse viri?

Debit hoc partu deus ipse e virgine nasci.

Et decuit / pariat sic quoq; virgo deum.

Imiser // & quid te doceat natura require:

Credulus vt fias: te docet illa: vide.

Si potuit sterilis / prope centenaria Sara:

Et parere Anna triplex: & vetus Elizabeth?

Num mage / nature: pariat virguncula prolem

Congruit: effœto / quā vetula vlla / viro?

Quid mirum: deus in multis cum mira peregit:

Exhibuit matri si quoq; mira suę?

Aemilia peplo flagrare incendia fecit.

Tuscia num cribro virgo ferebat aquas?

Indiciū vt faceret sibi virginitatis honestę:

Num trahit imotam Claudia casta ratem?



Concipere intacto potuitque quoque corpore virgo:  
Filiolum: per quem signa pudoris habet.  
Mēnonis: & Diomedis aues/mutasse figuram  
Quippe legis: veteres Archadięque lupos:  
Fecit aues Circe / & variarū monstra ferarū.  
Cur non: natura virgo volente / parit?  
Concipitque absque viri si semine vultur auara:  
Esse potest mater cęlibe virgo thoro.  
Vnica semper auis Fœnix reparatur in igne:  
Sic vitam miseris vnica virgo parit.  
Pennigeras volucres arbor producit Ibera.  
Quis vetat vt virgo parturit absque viro?  
Igne Carista lauat plumas / neque leditur illo:  
Igne puerperii se pia virgo lauat.  
Cappodocas vento si concepisse fateris  
Nuper equas: num ne & flamine virgo parit?  
Impluuió danę potuit num ventre grauari?  
Et non cęlesti mater ab imbre parit?  
Nempe seras cunctas legis apperuisse gemellos:  
Nec fregisse tamen: sed tetigisse manu:  
Et nō ille pater rerum: sua claustra serata  
Linquere: & integro ventre subire potest?  
Sic tamen hęc clausa est: sic mansit virgo serata:  
Vt sit carnigero preuia porta deo.  
Rhinoceros gremiū ceu querit adire puellę:  
Sic quoque virgineo vult deus esse sinu.  
Fœmina fonte potest fieri fecunda Sicano:  
Concipere irriguo fonte Maria potest.  
Terrigenam Tagen: pater inuenit sub aratro:  
Insuit & femori Iupiter ignigenam:



Cur non cęligenam potuít tellus veneranda  
Viscere viginęo suscipere: absq; mare?  
Et saluatorem cur non benedicta virago  
Germinet: & tellus semen operta ferat?  
Lac/calibem/& lanam narrant pluitasse libelli.  
Desuper & iustum compluere aura potest.  
Et vitulam cecidisse legis de nube serena.  
Sic cadit ęthereo missus ab ęmbre puer.  
Nonne & florilegis apibus generatio casta est?  
Concipiet/veram non quoq; mater apim?  
Concipiunt conchę fecundę rore superno:  
Sic grauida ęthereo foemina rore madet.  
Ledere nulla potest species adamanta metalli:  
Nec fracta a viuo virgo adamante parit.  
Concipit e patrio pelicanus sanguine vitam:  
Et leo rugitu: parturit vrsa nare:  
Strutio nuryphębo prolem excubat: oscula figens  
Bonaphan non alio concipit illa modo.  
Concipit ore suo coluber mala semina prolis:  
Cur bonus angelico non datur ore puer?  
Non timet ardentis turris lauricia flamas:  
Ardet/inextinctus Gaurus & Aethna manens.  
Qui struxit prenestes? focus fuit ille repertus:  
Pneumatis igne Ioseph inuenit esse satum.  
Pascitur igne iugi/nec enim salamandra cremat:  
Sic manet hęc mater libera ab igne viri.  
Cum semel Asbestus succenditur: igne tenetur:  
Sic manet hęc virgo ceu modo virgo fuit.  
Nec Veneris pluuia aut ventis extincta lucerna ę:  
Nescia sic veneris/virgo lucerna dei est.



Flagrat & intactum permansit ab igne rubetum?

Vrit amor matrem nec tamen igne perit.

Flumen vt e dura Moysen eliciuisse fateris

Rupe: ita & integro corpore virgo parit.

Area sicca manet/rorat quoq; succida lana: &

Vellere non rigo proxima terra madet:

Virginis intactę sic pneumate concipit aluus:

Sic pluuia in matrē non nocitura cadit.

Arida quę fuerat Aaron dat amigdala virga.

Sicq; novos fructus fert sine virgo viro.

Vt manet integrum phœbo penetrabile vitrum.

Virgo etiā clauso corpore mater erit.

Cur sibi iusticię sol non penetrare pudicam:

Dulcibus & radiis congruidare potest?

Si dedit/& potuit/naturę conditor illis

Quę natura pauet: quę quoq; monstra vocat:

Omnipotens genitor dignatus virgine nasci:

Cur sibi nascēdi iura nouare requit?

Peccat Adam virgo/natus de virgine terra:

Fas fuit hęc reparet virginis alter Adam.

Nēpe sup terram deus hęc noua mira creauit:

Quod pia circūdet fœmina virgo virum.

Hęc inquam est fortis Salomonis fœmina: terris

Cuius ab extremis est precium: atq; procul.

Qui vera illa putas: igitur/quia carmina narrant:

Historięq; tenor: fama q; vox q; frequens:

Credere & ista velis: nisi & arbiter esse negetur

Naturę genitor & pater omnigenę:

Quod si cuncta neges: subeas mala cūcta necesse ę

Nos certe hanc matrem dicimus esse dei.



Quę fuit ante suum partum / partuq; sub ipso:  
Post partumq; manens nescia virgo viri.  
Credimus hunc matris clausum subiisse cubile:  
Qui pedibus siccis per mare fecit iter.  
Cuius / aqua / arbitrio vinum fit: lepra fugatur:  
Surgit & ad cuius verba sepultus humi.  
Deniq; qui verbo virtutis cuncta creauit:  
Hic potuit ventri se dare virgineo.

## Querimonia vginis ipas- sionem christi. S. Brant.

**N**Ate patris summi: mi dilectissime nate:  
Cura / salus matris / vnice nate tuę!  
Quis tam crudeles de te sibi sumere pœnas!  
In te quis voluit tam ferus esse mihi!  
Cui licuit de te tantum patrare reatum!  
Vulnera quis fecit tam truculenta meo!  
Squallentē barbam / & concretos sanguine crines /  
Et lacerum video corpus vbiq; tuum.  
O lux sola tuę: spes o fidissima matris:  
Quę nam te talem dilaniare manus!  
Heu quā perturbat tua me tua tristis imago:  
Et penetrat sæuus pectora nostra dolor.  
Passa fui (memini) gladios iam nuper amaros.  
Vlnis cum Symeon te tulit ille senex.  
Et cum te amissum triduo synagoga tenebat.  
Te captū & mihi cum nuncia fama refert.  
Ac cum te clavis tensum cruce vidimus: at nunc  
Exanimū corpus / heu mihi / cerno tuum.



Talem ego te fili aspicio? qui sola senectæ  
 Matris eras requies: per fugiumq; tuæ  
 Parcere si nolles tibi: quominus ista viderem:  
 At poteras matri parcere nate tuæ.  
 Non lachrymas modo / nec largos effūdere fletus  
 Sat matri est: tecū per placet vsq; mori.  
 Aspiciate o matres: si vos dolor vrserat vnquā  
 Huic nostro assimilis: vel memorate parem.  
 Non voce r vltorius Noemi / quasi letata: sed ex hoc  
 Tempore Mara vocar. sum quia amara nimis  
 Me deus impleuit penitus / torisitq; dolore:  
 Compator nato soli / ego sola / meo.  
 Et dolet hoc vnum: q; nostri iniuria nati /  
 Morsq; / parum miseros improbulosq; mouet.  
 Compatere o saltem nostro gens chara dolori:  
 Ne pereat nati morsq; / laborq; mei.

## Consolatio christi ad matrē

**Q**uid gemis o genitrix? q; te dolor vrget ama-  
 Et q; teris pœna mater amata graui? (rus!  
 Cum tibi p̄sertim mea sit bene nota voluntas:  
 Me voluisse pati: pro miserisq; mori.  
 Scis q; ab excelsis humanā sumere carnem  
 Adueni: vt fragili corpore cinctus eram.  
 Pauper in externa patria vt sum natus / & algu:  
 Exilium Aegypti vt rege fugante tuli.  
 Nec mora / nec requies mihi quū foret vlla laboris:  
 Fessa siti / atq; fame membra fuere iugi.



Quūq; mihi cordi fuerat curare misellos:  
Humanūq; genus: quod scelere interiit:  
Probra mihi dantur: conuicia: meq; ferebant  
Potorem: plenū demonis/atq; meri.  
Milite ab indigno cedor colaphisq; alapisq;  
Hinc spūto & virgis squalida mēbra gero.  
Præterea e spinis quā contexere coronam  
Hanc capitū imponūt/cocutiūtq; meo:  
In cruce me clauis tendunt: latronibus addunt.  
Atq; aperit nostrum lancea dira latus.  
Mater habes: quis me percusserit: at tamen audis:  
Vna salus hominū: me iubet ista pati.  
Sed dolet in primis te mestam cernere matrem:  
Et tibi q; fuerit tam mea pœna grauis.  
Ergo pati christum: regnūq; ita inire paternū  
Sī decuit: matrē te mihi conq; pati:  
Sī proprio nato: tibi nec/pater ipse pepercit:  
An ne hominū parceret: illius ira malis?  
Disce homo/ nō somno: mollīve libidinis vsu:  
Nec scelere: in patriā posse venire meam.  
Per mille grūnas: variā & tormenta laborū  
Itur: vbi æterna est gloria parta bonis.  
Participem nullum regni facio esse beatū:  
Sī non & consors sit crucis ille meq;.



# Rolarium ex floribus vite.

passionisq; dñi nri Iesu christi confertum : san-  
guinolētis quoq; rosīs cōpassionis/ quīq; gladio  
rū virgīnis intemeratę/intertextum : cum singu-  
lis angelicis salutationibus cōtinuandū.

Carmē Dicolō Tetraastrophon. Ex saphi-  
co Endecasyllabo. & Adonio dimetro

**Q**uiripis humanę fator / & redemptor:

**L**apsus in terras deus ex olympo:

Virgīnis quē mox / Gabriele misso:

Venter inumbrat.

Aue

Sanguinem prębes veneranda mater

Filio Iesu: parīs atq; eundem:

Lacte profundens genitrix alumnū

Vbere sacro.

Aue

Gaudium lęto cecinere cantu

Angeli: turmę volitant sacratę

Dulce cantantes: penetrat suprema

Clamor ad astra,

Aue

Gloriam cello resonant tonanti:

Pax sit in terris homini benigno:

Omnis hoc hymno pauet / atq; gaudet

Pastor in aruis.

Aue

Inuicem dicunt pecoris magistri:

Bethleem nobis peperit salutem:

Vadimus / verbum speculemur omnes

Carne creatum.

Aue.

Buculam iuxta / positum atq; asellum

Fęna gestabant: breuis & pusillus

B.ii.



Pannus inuoluit / puerum sacratum:

Frigoraq; vrunt.

Aue

Carne p̄cisum veniunt adorant

Reguli: mirrhas / arabumq; thura /

Pondus atq; auri / puero ferentes

Munera regum.

Aue

**Q**uem manus matris / Symeonis vn̄is

Ponit in templo: simul & doloris

Accipit vocem: gladiusq; transit

Cor genitricis.

Aue.

Voce diuina / monita es pudica

Mater: Aegyptum / fugiens Herodem /

Aduenis: septem hic hyemes moraris

Aduena / & hospes /

Aue.

Patriam tandem Nazaret reuisis:

Angelus sanctus tibi cum ferebat /

Mortui nam sunt / puerum volentes

Perdere morte. Aue. Pater noster.

**N**ise perstringit duodenus annus

Virgo te: perdis / quia quem dolebas

Perditum: doctus stupet hunc sacerdos

In synagoga.

Aue.

Subditus semper puer hic parenti:

Iordanis donec petiit fluenta:

Hic herum sanctus lauat is minister

Criminis expers.

Aue.

Quattuordenis macerat diebus

Liberum corpus scelere / & solutum:

Ah famem diram / patitur sitimq;

Conditor orbis.

Aue.



Temptat híc iustum / sathanas prophanus:

Spretus at cedit humili superbus:

Nec doli / christum latuere / fraudatque

Demonis ingens.

Aue

Predicans omni populo / salutis

Tramitem monstrat: vigilans fatigat

Corpus / & lassat tenerum / labore

Irrequieto.

Aue

Lazarum marthe precibus sororis

Suscitat: stratum fetido sepulchro:

Quem dies vidit / quater orta celo /

Morte peremptum.

Aue

Per pedes fundit mulier sacratos

Balsamum nardi / casias olentem:

Et lauans unctos lachrymis abortis

Crine reterit.

Aue

Fur tamen Iudas tulit egre factum:

Nam dolet lucrum periisse: pro quo

Cogitat venundare mox / scelestis

Hostibus unctum.

Aue

Reprobat iustum pharisea turba:

Iurgium dicunt scelerum caterue:

Innocens agnus / sine fine suffert

Probra molesta.

Aue.

Vnus ex ipsis Cayphas vocatus

Qui fuit presul volitantis anni:

Hic ait: prestat / moriatur omni

Pro populo vnus. Aue. Pater noster

Turba quem festis iuuenum senumque

Suscipit palmis: recinunt per urbem:

B. iiii.



Filiū summi patris hunc ferentes:

Laus/honor illi.

Qui sequebantur pueri/aut preibant

Voce iucunda resonant osanna

Filio dauid: benedictus ad sis

Israel o rex.

Aue

Pridie mortem subiturus acrem

Conuocat caros/hilarans ministros

In cibum corpus/dedit hisq; potum

Sanguinis vndas.

Aue

Hinc pauens purus homo ceu necandus/

Cum pati tempus celerare sensit/

Tedet/& mestos gemitus trahebat

Pectore ab imo.

Aue

Tristis est inquit/vel ad usq; mortem

Spiritus: sufferte parum/rogabo

Si licet/patrem: calicem vt seorsum

Tollere curet.

Aue

Ter cadens pronis genibus precatur:

Sanguinis sudor fluitat cruore/

Et solum tabo maculat: perhennis

Fluminis instar.

Aue.

Immemor Iudas proprię salutis:

Tradidit vendens dominū benignum:

Osculo signum dedit & nephandis

Hic ait/hic est.

Impetu diro sceleratus hostis

Aue.

Irruit: gaudens spolio cupito:

Et manu seua lacerans prehensum

More leęę.

Aue.



**Q**uis putas mater pia/tum premebat  
Cor tuum tristis gladius doloris:  
Cum tibi captum tulit esse natum.

Nuncia fama!

Aue.

Sæpe qui multis comitatus heros  
Seruulis/notis/sociis/amicis:  
Solutus hic inter reprobos ligatur:

Captus ab hoste. Aue. Pater noster

Nexibus diris trahitur plicatus:  
Verritur latro veluti pudendus:  
At metu cedunt tonitri ministri/  
Discipuliq.

Aue.

Alapis tractus/rapidum per amnem:  
Cui pedes lassant silices acuti  
Per vias sparsi/tabuleq; nexę  
Vestis ad oras.

Aue.

Heu nephas quantum patitur misellus  
Agnus: in terram totiens retractus/  
Magna pars donec gelidę ruisset  
Noctis & vmbre.

Aue.

Querit ambages sceleris satelles:  
Circuit vicos/triuuium/plateas:  
In domum donec rediisse visum est  
Principis Anne.

Aue

Alapam passus famulo ferente/  
Missus est vincetus Cayphe sub ora/  
Cesus est palmis/colaphis/saliuis/  
Obprobriisq.

Aue.

Morte damnatus: ob eam Pylato  
Traditus causam: stetit ampla tur ma

B.iiii.



Pone scribarum: vario laceffens

Crimine iustum.

Aue.

Missus Herodi/comitante seu

Hoste: culpatus totiens ab illo.

Rex eum spernit/quia non videbat

Signa petita.

Aue.

Induit Christum legio prophana

Veste candenti/fatum putando:

Præsidi rursus ab eo remissus:

Fabula factus.

Aue

Poncii iussu ligat ad columnam

Miles exutum/lacerans flagellis/

Scorpiis/loris:plicat & coronam:&

Sceptra salutat.

**B**Aiulat pondus crucis:huic ligatur

Nectitur clavis:laceratur omni

Corporis neruo:phramea hic penetrat

Pectora matris.

Aue.Pater nri

Inter insignes positus latrones:

Deputatur cum sociis iniquis:

Scandalum passus/quia sic pependit.

Conspiciendus.

Aue.

Preterit quisquis/stetit eminus vel/

Seu procul/ludibria conferebat.

In Iesum:blasphemia nulla deerat/

In cruce fixo.

Aue.

Quid deus linquis meus oro:quid me

Deseris natum pater?en relictus

Hostibus:mortem patior seueram:

Lamazabathni.

Aue.



Insuper matrem dederat ministro:  
Pro deo vero datus est homullus:  
Virgini virgo: mulier cum inquit  
Respice natum.

Aue

Hinc sciens Iesus/ quia nam peracta  
Cuncta: compleri cupiens prophetas:  
Voce clamabat/ sitio/ potenti:  
Potus aceto.

Aue.

Pectus in sacrum capite inclinato:  
In manus patris animam remisit.  
Perforant Christi latus/ & cruentant  
Militis arma.

Aue.

**U**isit patres herebi sub umbris  
Spiritus: corpus tegitur sepulchro  
Enlis heu quantus pupugit dolendę  
Viscera matris.

Aue.

Tertio surgit leo sole Iuda  
Colligens sparsos: dubios amicos  
In fide/ firmat: totiens reuisus  
Scandit ad astra.

Aue.

Pneuma de hinc sacrum/ digitum paternum  
In suos mittit socios relictos/  
Singulos supra stetit/ & quieuit  
Ignea lingua.

Aue

Dextera patris residens supremi:  
Te suam tandem vocat/ & coronat  
Inde venturus homo iudicare:  
Sęcla per ignem.

Aue. pater noster



# Elegiaca exhortatio In cō-

passionem virginis Marię.

S. Brant.

**Q**uisquis es obsequio dulci cumulare Mariam  
Qui cupis: aut laudis munia ferre sibi:  
Fac age quotidiē ferta hęc contexe roseti:  
Crede mihi dignas pensitat illa vices.  
Nempe potēs matrona: sacri patris inclyta mater  
Quę passa ex nati multa dolore tulit.  
Ac veram ostentans se matrem: cuncta ferenti  
Condoluit nato: mortis aduſq; gradum.  
Sępe mori voluit ne quicq; tale videret:  
Filiolū incolumē posse videre volens.  
Velle sed hoc pressum est/ac suppositum rationi:  
Et genito & matri/mens erat vna/pati.  
Quantūq; hinc nati torsit dolor: inde salutis  
Humane/mat rem gaudia tanta tenent.  
O quotiens subitus miserę calor ossa reliquit  
Matris: & excusso poplite pene ruit.  
O quotiens gladii ancipites sacra pectora rumpūt  
Atq; adigunt costas vulnera mille pias.  
Quę rogo: quę tantos queat explicare dolores  
Lingua? vel ingeniū concipere: adde pium?  
Quisnam igitur/quē nō moueat dolor iste parētis?  
Quis non condoleat luctibus atq; suis?  
Cū sacro illius/gentesq; hominesq; miselli  
Viuius officio: & quod sumus/vsq; sumus  
Flectere sola potest iustam hęc prece vindicis irā:  
Atq; indignantis vertere tela dei.



Huic cane vota libēs: supplexq; ad sydera palmas

Tende: & Aue dicas: terq; quaterq; Vale.

Vnica lapsorum reparans medicina Maria:

Vna salus mundi: quā petimus fer opem.

Diua precor roseas memori cape mente tabellas

Brant tibi quas lyrico pectine virgo canit.

## In laudem deifere vginis

Marię Hecatostichon.

S. Brant.

**Q**ue paris/indutum carnem/sine femine solem  
Iusticię:& verbum/pregenitumq; deo:

Salue ancilla dei:salue o pia sponsa/sacrati

Pneumatis:& dominí mater amata Iesu.

Luminis eterni iubar es: decus etheris: orta

Gentibus in lucem splendida stella maris.

Pullulat ab radice sua te Iesse: paterna

Sed tamen imunis/& sine labe/manes.

Sic tua concepit genitrix: sic credere dignum est:

Hęreat vt sceleris nil tibi prorsus Adę:

Nil tibi flāma nocet: quāuis rubus vndiq; flagret:

Nec lesus casti est corporis ille pudor.

Quin & peccati sit mentio nulla per eum:

Cum memor est quisquā virgo beata tuí.

Tota quidē pulchra es mea dulcis amica: nec in te

Est macula: vngenti fragrat aroma tuí.

Te pater æternus sponsam sibi legit ab euo:

Et matrem: cum nec secula facta forent.

Cuncta chaos fuerant/nec dum primordia rerum

Quando ex ore dei candida prodieras.



Aetherei facta es præclara fenestra palati.

Qua miseris aditus introitusq; patet.

O regina poli: decus o terræq; marisq;

Spiritus superis regia virgo soror:

En tua mirantur præconia digna / superni

Indigenæ: insistent laudibus atq; tuis.

Martyribus palma es: tu gloria ciuibus altis.

Laureola / & sanctæ virginitatis honos.

Sydera bis sena / tua tempora virgo coronant:

Sub pedibus luna est: vndiq; sole micas

Tu posita es pacti signum thaumantias iris:

Quod nostri in memorem non sinit esse deum.

Credidit ipse deo / te propter / maximus Abram:

Et multis meruit gentibus esse pater.

Tu medium per quod aries datur hostia patri:

Lanigeras genito tu facis esse manus.

Terribilemque locum tua tum præsentia fecit

Cum celi scalas te vidit esse Iacob.

Tu mare / iordanemque retro fluere in mare cogis:

Israhel vt montem migret ad usque dei.

Tu simulacra Laban rapis / Aegyptique penates.

Hæresis & / sola te duce / cuncta cadit.

Tu vitæ lignum quo serpens pedit athena:

Tu colubri antiqui guttura torta premis.

More facis Iosue properantem sistere solem.

Deiicis horrifonis moenia sacra tubis.

Cædis holofernis caput o celeberrima Iudith:

Funda tua anguipedem / centimanumque ferit.

Malleus es Syfarg. tu prouida Delbora. pacis

Te struit in templum Beselehel / & hyram.



Asuerum placas/humili prece/virgo furentem:  
Et populum saluas Hester amicta tuum.  
Abbigail prudens: Aaron flos: foederis archa.  
Auri candelabrum: Rachel amata viro.  
Milia te signant enigmata: mille figure:  
Plena quibus tota est pagina sancta patrum.  
Tu vetus illa Syon de qua memoranda feruntur  
Quam sibi delegit rex hominū atq; deus.  
Psalterio aurato vates te regius ornat:  
Personat extensas & tibi virgo fides.  
Tulapidem excisum manibus sine/parturis: & quē  
Reprobat artificū/comprobat atq; manus.  
Numine diuino Salomon tibi cantica promit.  
Teq; pphetarum concinit vsq; chorus.  
Igneus Helye currus: vel abinde relapsum  
Palliolum candens: spiritus atq; duplex.  
Tu turris clypeata: nitens pellis Salomonis:  
Hynnulus/& saltans per iuga capreolus.  
Quippe columbarū tibi sunt sine turbine ocelli:  
Colla tibi barrhi: turturis atq; genç.  
En tuus emittit paradifus punica mala.  
Nectare lingua madet: lac mel ab ore fluit.  
Tu fons signa gerens: ortus conclusus ab omni  
Parte: serata manes peruia porta dei.  
Tu fons hortorum libano fluis impete viuo.  
Tu facis e petra currere dulcis aquas.  
Tu genitrix veri Salomonis/vellus inundans  
Rore: sub Engadi botrus: & vua Soreth.  
Tu libani platanus: in Cades florida cedrus.  
Flosculus in campis: mollis oliua vie.



Tu crocus / atq; aloe: tu palma: & succus amomi:

Tu bene spirantis copia larga rose

Tu casia / & costus / tu gutta / & virgula thuris:

Mandragora: & mirrhę syluula / lecta deo.

Balsama tu refoles: tu cyñama: tuq; cuꝑissum:

Suaue rubent in te rosmaris / atq; thymum.

Tu rosa sub spinis: tuq; in cõualle virenti

Liliolum: nardus: tu violę omnis odor.

Sed quorsum hæc? citius ponti nūeremus harenas.

Et lybici quę sit messis habunda soli:

Quã tibi vel mīmas recitent mea carmina laudes

Christifera o genitrix: sed cape grata / velim.

Me rege depulsis vitę pia virgo procellis:

Dextra salutaris sit tua tena reo.

Aurea mater ades: votis simul annue nostris

Vt tibi complaceant: aurea mater ades:

Nosce precor plēbem quę te colit inelyta virgo:

Et peragas matris parte ab vtraq; vices.

Filius ipse negat tibi nil: qui fecit asylum

Te miseris: tutūq; pfugiumq; reis.

## De locis mirificis beate vir-

ginis. Marię

S. Brant.

**S**I tua virgo miser præconia promere nitar:

Stult<sup>9</sup> ego: insanus sim vel Horeste magis

Nam q; ego? aut qualis sophię me umbella perrat

Qua facere id temptē: tanta vel aggrediar?

Cum tibi mortalīs ne dum: sed & ipse piorum

Spirituum // laudes: turba referre nequit.



Maïor es o dulcis nempe omni laude virago  
Nostra tibi laus est: non potuisse magis.  
At quia/sancta parens: nullius spreueris vnquam  
Quæ tibi/corde data verba fuere pio:  
A te nullus enim discessit virgo precator:  
Qui queritur quæ se destituisse voles.  
Immo age/quisquis eris: cesses laudare Mariam  
Si tibi non clemens: si tibi dura fuit:  
Ipse ego peccator: scelerum quoque mole grauatus  
Te quotiens sensi mater adesse mihi.  
O quotiens tua per presentia numina virgo  
Solatus: misero spesque salutis erat.  
Ingenuè id fateor: herebi iam nuper ad umbras  
Mergerer: ah luerem (ni tua dextra) scelus.  
Nec foret vlla salus mundo: quin funditus illum  
Prauatum: sequi perderet ira dei:  
Si tua sancta manus: tua si non protegat orbem  
Insignis pietas: atque patrocinium.  
Quis nam igitur mater bona/te non iure veretur?  
Quis tibi non merito munia laudis aget?  
Et quia mira facis: miro celebraris honore:  
Et tibi per mundi clymata solus honos.  
Vtque alia obticeam varium quæ sparsa per orbem.  
Sunt loca sancta tibi: templa: sacella: domus:  
Qualis in eade niuis? quam te latialibus aruis  
Loretum probat: & mira decora refert?  
Tuque in naue sedens Bolonia templa Picardis  
Protegis: Aureliis te Cleriacon habet.  
Te colit in Dolis Burgundia: te veneratur  
Pons Ayze in francis/Ambianique locus.



Te celebrat Montfort Normāni gloria regni:  
Te vel Aquisgranū regia mater habet.  
Illic panniculi: & vestis tua sancta videtur:  
Turba igitur colit hunc religiosa locum.  
Constat & in varia tua sancta oracula quercu  
Culta: Dodonēi quę Iouis instar habent.  
Alpibus in nostris Heremi loca sancta: frequētant  
Sepe peregrini: magnaq; turba virū.  
Angelicus labor est: qui consecrassē sacellum  
Dicitur: id sūmi pontificesq; probant.  
Querit ab extremis Europę finibus illud  
Et voto / & precibus aduena quisq; suis.  
Addo alias: aliasq; vrbes: atq; oppida mūdi  
Que tua proclamant virgo beneficia.  
Nam sub rupe colit Iurassi montis opaca:  
In lapide: ante suas te Basilea/fores.  
Te sibi qua iuncta est Alemannis gallia. Sewen  
Percolit: & matrem sentit adesse piam.  
Nanq; illic clemens exaudis virgo precantes.  
Et facis vt petat hūc sēdula turba locum.  
Cōfluit huc Rhenus Metis: & Lothoringica tellus  
Huc coit & quiqui rura propinqua colunt.  
Aduena longinqua veniens regione viator  
Hic finem voti percipit: inde: redit.  
Ergo tibi grates agimus pia virgo benignas  
Quod miseris confers diua salutis opem  
Tu facis omnigenā gentem: populūq; per orbem.  
Quod prece concelebrent numina sola tua.  
Per te sola salus: per te spes sola misellis:  
Et sine te par est vitæq; morsq; reis.



Quod te per sobolemque tuam: sobolisque parentē  
Comprecor: ah pigeat ne meminisse mei.  
Brant tuus hoc offert donū ribi virgo minister:  
Quī te dum superest carmine vita canit.

## De numero ⁊ ordine festiui tatum gloriosę virginis Marię. S. Brant.

**M**Ore maritarū purgas te innoxia mater.  
Et capis a sūmo nuncia læta deo.  
Vilere anū pperas: dehinc scādīs ad æthera: toto  
Corpore: que dudū nasceris ipsa solo.  
Te genitrix templis gressu p̄sentat anili  
Concepit tantam que sine labe deam  
Hinc tu diua parens: magnū (mirabile dictu)  
Enixa ex sacro es flamine / virgo deum.  
Et quī te genitor / cælumque / solumque creauit  
Hunc paris: intacto corpore virgo manens.  
Quem precibus mitem fac o pia: crimine ab omni  
Nosque laues miseros: sordidulosque reos.

## Elegia christi collaphis celi

**R**Espice que tulerim pro te mihi care viator  
Verbera: quas vultu cernis & ore notas.  
Aspice quāta / manu seua / mihi liuida danē  
Figunturque meis vulnera quanta genis.  
Cur eadem paterer / nulla est mea culpa: nec vlla  
Causa: nisi vt medica sanus homo esses ope  
C. i.



Languores ego amore tuo: tua crimina gessi:  
Et liuore meo vulnera sicca tenes:  
Nempe ego vellenti faciem sine murmure sacram:  
Atq; alape hostili/colla benigna dedi.  
Cum male tractarer/linguam simul ora retenta  
Continui: haud placuit illa vel illa loqui.  
Ut solet agnellus coram tondente silebam:  
Et quasi que ducta est ad loca mortis ouis.  
Quid potui o mea gens facere ulterius: neq; feci?  
Fare age si quid habes cur merito ista feram?  
Num satis: ex limo q; te produximus olim?  
Fecimus esse aliquid cum nihil ante fores.  
Et tibi contulimus partem deitatis habenda:  
Inq; voluptatis iussimus esse loco.  
Hinc tibi mellifluum totiens promissimus aruum.  
Idq; datum est Abrahę/semnibusq; suis.  
Num satis e dura te seruitute Canopi  
Ducere: siccatum per mare: perq; solum?  
Quando quater decies/Arabum deferta/p annos  
Lustrabas: grandi murmure manna legens.  
Te mihi fructiferam vitem plantare iuuabat:  
At modo/amara nimis: tu mihi dira paras.  
Hascine pro meritis grates/tormenta rependis?  
Dasq; creatori vuluera/probra/crucem?  
En meus ille sacer vultus/ deitatis imago:  
Spiritus superis gaudia summa ferens:  
Illa in qua facies in qua sita gloria cęli:  
Sanctorum requies: atq; hominũ vna salus:  
Turpiter asputa est: vetulentis plena saluis  
Squallet: & a pugnis aspice cęsa tumet.



Ecce ego præ natis hominũ formosior vnus:  
Nec formã / aut specimẽ / nec decus omne gero.  
Præla ego calcaui solus: cruor vndiq; fluxit:  
Nec mecũ ex cunctis gentibus vllus adest.  
Dulcis amice vides q; sim miserandus / & hosti:  
Et mea q; possit forma mouere feras.  
Ah quanto potius / mea gens / mi care popelle  
Funera nostra gemas: & miserare necẽ.  
Cõmoueat te noster amor: nãq; arce paterna  
Lapsus amore tuĩ: mille pericla tuli:  
Atq; libens: quid enim limo vel puluere egebam?  
At volui: vt nolles imemor esse mei.  
Cor mihi nate tuũ præbe: cui pectus apertũ:  
Et manibus passis brachia tensa dedi.  
Certe ego cui referas grates sum dignus amator:  
Me sequere: atq; tuam / fer quoq; / tolle crucem.  
Disce meo exemplo patienter ferre dolores:  
Et dare in aduersis pectora tota deo.  
Nemo coronatur nisi quẽ patiẽtia laudat:  
Ergo boni pugnans militis instar age.

Brant qui christe tuo defleuit noie plagas  
Atq; alapas: confors sit necis ille tuę.

**De mãna celesti: ⁊ de ingra-**  
titudine omniũ illud edẽtium. S. Brant.

**S**orte sub hac populi / iustus deus / & miserator  
Credĩt: & cunctis gẽtibus esse patet.



Aspice præclarū populū/quondāq̃ beatum:  
Quem deus æthereo pauerat ecce cibo.  
Hic tamen amisit nomen vetus/atq̃ benignum  
Pastorem: ignauū factus vbīq̃ pecus.  
Vtq̃ tibi veterum iamiam monimenta reuoluam  
Orsus & a primo progenitore canam.  
Primus homo ingratus peccauit/inutilis & fit:  
Nos sua progenies quo moreremur agit.  
Num data de cunctis paradyfi fructibus/omnis  
Copia huic: fructus perdidit atq̃ locum?  
Ah nimis ingratus/cui cum viridaria tota  
Prona forent/vetitum q̃ terit ore cibum.  
Nostro/ita deiectus primus pater ille periclo:  
Cum placet vxori/deserit atq̃ deum.  
Iussus ob id/panem sibi colligat ipse labore  
Vultus: assidua & vertat aratra manu.  
Proq̃ cibo vetito/panem sibi terra ministrat  
Sentibus & spinis culta labore iugi.  
Pabula num ne Cayn poterant satiare malignum?  
Quodq̃ sua coleret pinguia rura manu?  
Gratus vt auctori foret/& pia dona litaret:  
Quo minus inuidia mortificetur Abel?  
Num grata omnis erat caro/quæ corruerat e heu  
Cuncta viam/magni nec memor illa dei.  
Quam tamen ira dei/pluuiaq̃ vndisq̃ peremit.  
Inq̃ furore graui corpora subdit aquis.  
Cham quoq̃ nō gratus/patris pudibūda reuelat:  
Nec memor ereptum se fore diluuiō.  
Adde alios/quorū erexit simulacra libido:  
Et stulta coluit religione deos.



Qui scelere & vitiis plenos sculpsere penates.  
Idola & in templis hæc posuere suis.  
Linguis (ah miserum) deus: & dii templa subintrant  
Obsceni: colitur solq; elementa/feræ.  
Nec deus integro fuit vsquã cultus in orbe:  
Sed passim elegit gens sibi quæq; deos.  
Quanto rectius: hic qui credidit optimus Abram  
Verba dei: factus gentibus inde pater.  
Legit ob id semẽ deus / & benedixit in eum  
Illius: & populum iusserat esse suum.  
Illum etiam eripuit Chaldeis ignibus: & Loth  
Propter eum / Sodomę liber ab igne fuit.  
Huic fert Melchisedech panemq; & vina sacerdos  
Signet / vt hac specie / Manna salutiferum.  
Ariete supposito natum subduxit ab ara  
Ille deus: patris cum pia vota videt.  
Hoc duce tutus erat Iacob cū Mesopotamis:  
Et meruit sequi fratris abire manus.  
Quid iustum memorem Ioseph? qui multa ferẽdo  
Quippe redemptoris pertulit ipse typum?  
Nonne per inuidiã hũc / fratrum male grata caterua  
Tradere seruitio cogitat / atq; neci?  
Perdere quæq; putant / deus hũc (pia corda tuẽdo)  
Fecit ab Aegypti rege secundus erat.  
Hunc dñm effecit panis / frugũq; suarum:  
Quas ab eo esuriens / cum prece / mundus emat.  
Nempe super terrã panes contriuerat omnes.  
Immisitq; famem per loca cuncta deus.  
Quare / & in Aegyptum / penuria / adegit edendi  
Israhel: vt posset vincere pane famem.



Linquere fatalem terram / laresq; paternos:  
Cūq; domo / & natis: huc deus ire iubet.  
Quid plura: ingrati / fratrem inuenire benignū.  
Immemoremq; mali: pretereaq; bonū:  
Cuius ob intuitū terra potiunrur opīma:  
Dantur & hebreis / pinguiā rura nimis.  
Donec longa dies: veterisq; obliuio facti  
Nequiter imposuit vincula dura viris.  
Quare etiam eduxit deus hos: Moysenq; magistrū  
Addidit: & Chanaan iussit adire solum.  
Afficit Aegyptum plaga innūera / atq; tyrannū:  
Et gentem forti liberat inde manu.  
At conclusa tamen pręrupto monte / mariq;  
Erythreo: fidi non satis illa deo.  
Obruere & Moysen saxis: se tradere regi  
Cogitat: & mortis plurima forma fuit.  
Sed deus ipse viam ponto patefecit in alto:  
Nube die / flāmis nocte ministrat iter.  
Et mare parietibus fixis / dat iter trepidanti  
Israhel: at regem cū grege merfit aquis.  
Insuper hebreos dītes furto / spoliisq;  
Armorū: letos exuuiisq; facit.  
Hic simul instituit celebrari pascha quot annis:  
Et memores typicam cedere iussit ouem.  
Scilicet officii quo filius esset auiti  
Consciū: & gratus disceret esse deo:  
Et comedens azymos / lactucam / hędūq; tenellum  
Noscat in hac vmbra pascha latere nouum.  
Sed sublata nimis rebus gens ista secundis.  
(Vt solet) exacuit murmure stulta deum.



Mellitum licet his / niue candidiusq; pluebat  
Manna deus / roris instar ab hymhre cadens.  
Hunc tñ oblitus panem vr manducet amēnū  
Israhel: hoc manna voluit esse dei:  
Vile putans (fastidit enim) cū nauseat inquit  
Mens super hoc vilī nostra / leuiq; cibo.  
Rursus in Aegyptum deliberat ire: leberes  
Querere carnos / alia / cępe petens.  
Turba cothurnicū zephyro collecta marino  
Mox datur / in castris pernitiōsa suis.  
His sed adhuc erat ore cibus / miserūq; )repente  
Desuper in cunctos concidit ira dei.  
Pręterea petram Moyses percussit: & inde  
Eliciuntur aque: flumina larga fluunt.  
Ingrati sed adhuc / tot murmura / totq; querelas  
Ingeminant: vitulum constituuntq; deum.  
Et passim exclamant: deus hic mare fecit apertum  
Israhel / hi tibi sunt quos venerere deos.  
Duxit ab Aegypto deus ille per inuia rura:  
Perq; Arabum petras: per loca dura heremi.  
O popule / o demens / iuuat o quid ad aspera quequis  
Irritare bonū / temnere & vsq; deum?  
Que miraris / adhuc oculus tuus illa videbat:  
Es tamen oblitus munera tanta dei:  
Ire palestīnam stulta formidine abhorres:  
Cum tamen hanc terram / & sis speculata cibū.  
Pro quibus iratus deus / in deserta reducit:  
Iurat: & in requiem te vetat ire suam.  
Cura dei / pro te facit ingens / sollicitā omnē  
Esse creaturam: gratus vt esses ei.



Tradita nonne tibi noua sunt / mirandaq; cunctis  
Præq; aliis / vitę dogmata sancta tuę?  
Nonne etiã mediũ dat iter siccũ mare: & in quo  
Est tibi tuta salus / hostis ibi interiit?  
Quadraginta annis peragras deserta: nec vlla  
Sentit aratra solum: semina nulla seris:  
Nec labor vsq; molę: nec panis cura coquendi:  
Foemina nec texit: nec tua fila trahit.  
Non tibi mercandi fuit vsquã causa: Macellũ  
Nemo requisit / nec tibi carne opus est.  
Cuncta / dei verbũ / hæc tibi p̄stitit: atq; laboris  
Expertem / mensam nectare / melle parat.  
Quotidię tibi manna recens datur: atq; alimentũ  
Pro desyderio: cui sapor omnis adest.  
Corpora naturę tua sunt oblita: nec eger  
Nec fuit infirmus / tempus in omne / tuus.  
Nemo petit medicũ: nulli est attritus amictus:  
Vsu nec teritur calceus assiduo.  
Præterea & solis / ne te calor acrior vrat  
Desuper obtexit nubilis vmbra diem.  
Et quocũq; loco circum deserta vagaris:  
Tecum abeunt vmbre: dant tibi tecta poli.  
Nec tñ aut tenebre noctis / solamine egebant:  
Lucet enĩ lampas quę tibi monstrat iter.  
Bellaq; quid memorẽ: verbo & virtute superna:  
Quę prece / victrici sunt tibi parta manu?  
Nec quasi pugnanti: sed carmina læta canenti:  
Ducentiq; chorum: magna trophęa cadũt.  
Deiicis & gentes: sternis Ierichonta / tubarũ  
Psalmorũq; sono: rura cupita tenes.



Rex tibi sit proprius: regem cum murmure poscis:  
Fastidiscque pio rege subesse deo:  
Rex datur: hic dura imponit tibi frena/premitque/  
Et facit ut pecces preuaricando deum.  
Celsa petis/lucos colis/atque sub arbore diuos  
Facticios: mactas his puerosque tuos:  
Sparsit in Aegyptum/Medos/babylonaque/perfas  
Te deus: omnigenis es data preda viris:  
Cum satis afflixit/totam neque perdidit:hinc te  
Colligit in patriam/cum pia vota videt.  
Congregat ut pullos mater cristata sub alas:  
Sic deus o quotiens te vocat: ire negas.  
Opprimis & lapidas qui te docuere prophetas:  
Atque deum figis in cruce carnigerum:  
Occidis domini sabaoth natum/atque ministros:  
Quo sterilis maneat vinea: lege carens.  
Iure igitur dure populum ceruicis/abegit  
Te deus: inuitus qui paterere iugum.  
Manna prius tibi vile fuit: modo Manna salutis  
Respuis: eternam iure subito famem.  
Immemor es regis sancti/qui pane sacramento  
Vescitur: & grates pane cibatus agit.  
Quem deus elegit regem pecuarum iuxta:  
Fecit & illius germine Manna nouum.  
Illius e lumbis panis cinericius exit:  
Qui vita est & lux/duxque comesque vie.  
At puer o Ionatha quem iure gemit cytharodus:  
Pro modico mortem melle/ciboque subis.  
Utque alios sileam quorum me turba fatigat:  
Coniurasse homines in mala cuncta putes.



Nempe creaturas fecit ratione vigētes  
Ipse deus/cēli participesq;/duas:  
Neutra tñ grata est:perit vtraq; dum cupit esse  
Cogitat & fieri quod suus auctor erat.  
Illa quidem partim/sed non reparabilis vnquā :  
Tota sed hęc perit/at miseranda deo .  
Temporis ergo sacri cū plenitudo veniret:  
Missus ab arce patris vnicus ille dei:  
Vt genus humanū redimat:persoluat & ipse  
Quę minime arripuit:crimīna nostra luat.  
Inq; domo panis genitus de virgine:viuus  
Hic panis/mundo se dedit esse cibum.  
Quē primū ingrate Iudas maledictus edendo:  
Prodīt eum cuius corpore pastus erat.  
Prodītus in mortem (voluit quia) vadīt amarā:  
In laqueū & foueam proditor ille ruit.  
Prodītus/hunc nobis panē:hęc monimēta reliquit  
It miser ad stygias proditor ille dapes.  
Prodītus in cēlis dextram tenet ille parentis.  
Cū Sathana in barathro proditor ille sedet.  
En p̄sente deo cadīt angelus:in paradyso  
Primus homo:inq; schola proditor ille Iesu.  
Quęq; tñ sua p̄na manet:sua culpa reiecit:  
Quisq; (nefas) dulci de statione ruit.  
Nos quoq; quā tandē p̄nā expectabimus eheu  
Qui minus hoc digne vescimur vsq; cibo.  
Viuimus absq; deo:sed & hūc cōtēnimus:& quod  
Peius erit:cōtra nitimur esse deum.  
Natio nulla fuit:cui talia fecerit vnquā  
Ipse deus:nobis qualia multa facit



Nobiscum quia magnificat facere: eligit & nos  
Instar amicorū: filioloſq; facit:

Et mandata dedit operemur non periturū  
Forte cibum: sed qui viuere semper habet.

Ad mensam inuitat deus omnes mitis herilem:  
Participesq; suo præcipit esse cibo.

Terribilis mensa hæc/panisq; horrendus: & istum  
Non sumat Iudas/nemo malignus edat.

Nec memor inuidiæ: sua quæq; venena lacescunt:  
Seu cuius ficto verbula ab ore fluunt.

Nō edat hūc panē titubās/qui murmurat/aut qui  
Ad vomitū/inq; lutū cogitat ire retro.

Hos malefuada fames Aegyptum cogit adire:  
Et siliquis vesci/pascere ibiq; sues.

Hic procul a patria/procul atq; a pane paterno:  
Cuius adest seruis copia læta suis.

Se probet ergo prius quisquis sibi sumere panem  
Hunc volet: atq; illo pane/probatus edat.

Quisquis enī indigne manducat & accipit: ille  
Iudicat & damnat seq; suūq; nephas.

Non tñ aut dñi corpus diiudicat: aut hunc  
Polluit ore cibum: sed sua facta luet.

Hic panis/caro viua dei/dans viuere mundo:  
Qualē non Moyses legifer ille dedit.

Dat miserator/eū deus ipse timētibus/escā hāc  
Qua memores miri nos iubet esse sui.

Pauperibus parat hanc deus in dulcedine mensam  
Aduersum hos qui nos contribulare petunt.

Dat deus hunc nobis panē fore quottidianū:  
Donantem miseris debita cuncta reis.



Quem qui manducat / qui digne assumit in ore:  
Propter eū uiuit quē gerit ore cibum.  
Illum quisquis edit non esurit: aut sitit vnquā  
Qui bibit: o dulcem mellifluumq; cibum.  
Israhel hoc oleum est / tibi quod durissima petre  
Sudant saxa: illo nectare mella sugis.  
Hoc pater oīpotens / hoc Manna abscondit in agro  
Virgineo: hinc panis prodiit ille sacer.  
O mater benedicta: sacro sub viscere cuius  
Hic coquitur panis: pneumatis igne calens.  
Hic cibus angelicus: panis celeberrimus ille:  
Ille hominū firmat pectora: corda cibant.  
Frange tuum panē deus o deus esurienti:  
Et sine / vt hunc humilis / seruus / egenus edam.  
Filius vt fierem tua me clementia fecit:  
Ne patere vt fiam seruus / aper / ve canis.  
Quę pietas Aaron post Idola culta recepit:  
Deq; lupo Saulus fecit vt esset ouis:  
Quāq; homicida dauid meruit: Petrusq; negator:  
Et mulier peccans: latroq; sera timens:  
Hęc me preueniat tua gratia: preparent atq;  
Dignus vt inueniar hoc quoq; pane frui.  
Nempe deus mihi semper eris: tua gratia dignū  
Me facere: & miserū perdere meq; potest.  
Est aliquid / seruasse tamen: neq; tradere morti:  
Quos proprio redimis sanguine / morte / cruce.



# Ad diuū Sebastianū mar-

tyrē militemq; gloriosum: de ipsius fide :constātia  
preconiis & meritis: Ode dicolos tetraastrophos Ex  
sapphico endecasyllabo & adonio dimetro Seba-  
stiani Brant.

**Q**uid tuas coner puer imperitus/  
Et parum prudens/resonare laudes

Miles o christi: fidei columen:

Splendide martyr!

Exigit sancti titulus triumphi

Et tuę vitę series sacratę:

Pindarum vatem: & tragicos cothurnos:

Sapphica plectra &

Testor excelsi superos olympi:

Et tuum numen: mihi nil adesse

Virium/promam tibi quo cupita.

Aspice velle.

Te tulit Narbon teneris ab annis:

Factus in subrum es procul inde ciuis:

Cęsari charus: prior & cohortis

Imperialis.

Lectus et maior: procerum potentum:

Iussus es summis vigilare semper

Principum rebus/Dyocleciani &

Maximiani.

Quin & totius fueras virilis

Glorię exemplar: specimen decorum

Militum: qui te patris instar omnes

Conuenerantur.



Sedulū christo / simul & diurnū  
(Quāuis occulte) peragis laborē:  
Non quidē mortis latitans pauore/  
Supplicii ve.

Carceri sed quo deditos frequētes:  
Atq; confortes animas piorum:  
Quas metu tortas / variis flagellis  
Deficere audis.

Motus hac causa chlamidem gerebas  
Purpure: collum redimitus auro:  
Militis posses habitu / vt fideles  
Fidere christo.

Nec salutare monitus silebo:  
Cū quibus fratres positos cathenis  
Diue solaris: animū ministrans  
Temnere pœnas.

Muta te / Zoe / probat esse sanctum:  
Cuius / ob sacras / ad aperta labra  
Sunt preces: linguę datur impeditę:  
Faminis vsus.

Se palam narrat mulier videre  
Angelum: librum manibus tenentē  
Ante te: clamans: benedictus oris  
Sermo beati.

Te Nicostrati domus: & Cromatus/  
Cū Tiburtino / puerisq; Claudi  
Prędicant: fonti bonus hos sacratio  
Dat polycarpus.

Frangis astrorum simulacra vana:  
Edoces falsos coluisse diuos



Præsidi: pro quo furit & fremebat  
Induperator.

Qui iubens campo medio seorsum.

Te suis signū statui sagittis:

In tuū corpus lacerum subegit

Tendier arcus.

Spiculis/telis/iaculis acutis:

Figitur corpus: foditur/repletur:

Sętiger delphin veluti rigescens:

Hęricius ve:

Sauciū linquunt sceleris ministri:

Arboris trunco prope te necatum:

Mortuū credunt: modicis diebus

Conualuisti.

Cęsares/ aulę gradibus/ malignos

Conuenis: pœnas quibus affolebant

Persequi christi famulos/ seuro

Arguis ore.

Fustibus cędi/baculisq; duris:

Perfidi mandant veneranda membra

Polluunt/spargunt/cerebro/cruore

Limina cuncta.

Donec expirans animā vomebas:

Mortuū probris temere hinc lacefcunt

Nam sacrum corpus iacitur/cloacę

Sorde lauandum.

Christus at (quondā tibi qui spondit:

Mecū eris mi chare Sebastiane

Semper): is sanctum tenuit cadauer

Stercoris expers.



Sancta te donec mulier sepulchro:  
Quam mones inter tenebrę quietem  
Cōdidit Lucina loco decenti:

Ad cathacumbas.

Hinc tuis dignum meritis redemptor  
Inuicem patrociniū rependens:

Contulit/possis celeri vt mederi

Arte misellis.

Itala quondam regione/crebra  
Pestis exedens populos/docebat

Quod tua cessat prece perfideli:

Laetifera aura.

Tu potes morbum procul effugare:

Aetheris: vel quem peperit putredo:

Quem vel offensus iaculatur equi

Iudicis ira.

En vides quanta rabie fatigans

Sequa grassatur sine more tabes:

Et facit tetram populi ruinaam

Lurida pestis

En viri/matres/iuuenes/puelle

Concidunt: dira sanie peruncti:

Quos fero torquens perimit veneno

Pestifer aer.

Aura corruptas nebulas anhelat:

Et solum ructat calidos tepores:

Morbifer spirat/penetratq; neruos

Turbidus auster.

Igneus venas liquor intus vrget:

Aridas torquet sitis egra fauces:



Frígíduſ ſudor cutíſ: illa tactu

Dura reſiſtít.

Inſicit cuníſ pueros iacentes:

Lacte quos mulcet genítrix ín vlníſ:

Et ſenes tollít graue olentíſ aſtrí

Líuída tabo.

Níl paleſtrítę releuant lacertí:

Oblítum pectus pugílíſ toroſum:

Nec puer pernix pedíbuſ íuuentę

Tranſuolat íllam.

Aegra contíngít potuíſſe paucíſ

Corpóra ínſeſto trahere a calore:

Quoſ nec abſumat grauítter gementes

Arida ſębríſ.

Ah cadunt primíſ alíquí díebuſ:

Tercííſ quídám: modící quaterníſ:

Síue ſexteníſ: ſubítuſ quíbuſdam

Exítuſ ínſtat.

Víx patreſ natoſ tumulare curant:

Fratríſ exhorret ſoror ípſa funuſ:

Nam tíment paſſím / ſera ne procul cõ-

tagía ſerpant.

Longíuſ temptant fugere: & reſeſſu

Abdíto: cęlí melíore tractu:

Rentur íncretum ſcleríſ reatum

Vertere curſu.

Id quod íratoſ ſuperoſ / deumq;

Índícat noſtro ſclerí moleſtum.

Crímen horrendum níhílí putamúſ:

Ergo perímúſ.



Heu dei seuū luimus furorem  
Sic/nec affecti/superos veremur:  
Est tremor multis necis. at satis proh  
Factio paucis.

Miles at christi venerande martyr.  
Quam potes nobis precibus repose  
Gratiam: & dignos venia repertos  
Viure faxis.

Astra Saturni moribunda pelle:  
Pelle corrupti Iouis & furorem:  
Afferas auras miseris salubres  
Inclyte miles.

Hinc tuis voto (modo vita constet)  
Hostias aris meritas feremus.  
Adsis o preclare Sebastiane  
Nos precor audi.

## Elegiaca collaudatio diui

Sebastiani martyris:

.S. Brant.

Parma tibi merito / ternis depicta triumphis  
Et triplicis clypei gloria iure datur.  
Celibe nanq; thoro: fidei & precepta docendo:  
Martyrioq; iugis: laurea trina geris.  
Te fore baptiste similem / ter maxime martyr  
Dicimus: en illi consona vita tua est.  
Nam licet huic hirtus dedit indumenta camelus:  
Atq; heremi fuerit incola syluiferę:  
Te tamen in mūdo modicum oblectauerat aula  
Principis: atq; parum purpura picta mouet.



Quin potius tibi poena fuit: conuiuere mundo:  
Conterere in tantis tempus & illecebris:  
At fidei augendę ductus ratione: ferebas  
Cuncta: dares lucro vt / dena talenta deo.  
Per te sana quidem sunt pectora multa virorū:  
Languida quę fuerant: pestifera atq; prius.  
Dogma salutiferum / supero & placabile regi:  
Spernantur pacto & quo simulacra: doces.  
Sponte tua brauiū / stadiūq; insigne petisti:  
Athletam extremū te fore nanq; pudet.  
Nec te magnus honos: nec te indubitata mouebāt  
Supplicia: vt nolles continuare fidem.  
Cęsarıs atq; minas spernis / tormenta / sagittas /  
Et pugilum quę te ledere tela putant.  
Iure quidem: spes sola etenim diuina / fouebat  
Teq; superlustrat gratia magna dei.  
Quare age (nempe potes) miseris deposce salutem  
Nostra patrocinió est causa tuenda tuo.  
Vt tibi cura fuit: multis conferre medelam  
Quo possent sani tendere ad astra fide.  
Vt prius Italia pestem pepulisse probaris:  
Exige sic nostra de regione luem.  
Posce precor populo pacem: pestemq; fugato.  
Fac simul incolumes viuere posse deo.  
Dat tibi sancte / tuus cognominis / hancce tabellā  
Brant: rogo p̄sidio gaudeat ille tuo.

De sancto Anthonio.

Fac pater Anthoni monachorum gloria prima:  
Atq; heremi cultor: cesset vt atra lues.



Fac tibi deuotos serues: sacer ignis abesto

Ne perimat fragiles pestis amara reos.

Neu miseros feriat iusti patris igneus ensis.

Quas potes o senior porrige queso preces.

De sancto Quiriaco. & s. Panthaleone.

O Quiriace/feri qui calles demonis/artes:

Et super hunc vis est tradita magna tibi:

Illius ingenium / diras fugiamus & artes

Effice: ne iusti nos premat irat dei.

Panthaleon pellis morbos/& dira venena.

Pestem pelle precor/& mala cuncta procul.

## Vita sanctissimi Onofrii

Monocolon ex Coryambico gliconio trimetro.

**O**stris carminibus precor  
Adsit mitis Onofryus:

Quem greco cecinit prius

Cum sermone Paphnucius.

Paphnucius querit heremitas in deserto.

Monocolon Asclepiadeu tetrametrum.

Is cum Thebaidos accoleret nemus.

Et lustrare volens / que monachis foret

Per montes heremi vita sacratio:

Cursu corripuens hinc procul/hinc iter:

Mox saltus tetigit / saxaque sancta Oreb.

Onofrius reperit in coualle motis Synai & Oreb.

Monocolon ex Coryambico petametro Alcayco



Hic dum fessus/humi corrueret mellifluus senex:  
Cernens ecce virum terribilem/per similem feris:  
Circumseptus erat nempe pilis vndiq; & horridis:  
Ac totam opperiens crinibus obtexerat hinc cutē.  
Cinctus sed femora & subteriora vmbilicotenus  
Palmarū foliis/frondibus/atq; arboreis comis.  
Quē cū forte senex contuitus pertimuit virum:  
Et montem peteret concitus horroribus in fugam.

Dicolon ex gliconio iuncto Asclepiadeo.

Densa delituit vepre  
Absconsus: prope formidine mortuus.

Illius nimium timens

Accessum: vario cum gemitu ruit:

Defectus senio & fame.

Donec voce veni personuit/dei

Cultor: mox ades huc bone

Vir/de monte veni continuo: & caue

Ne quicquā timeas: homo

Nam sum passibilis/& similis tibi.

Sapphic<sup>9</sup> Endecasyllabus iuncto adonio dimetro

Protenus verbis capit his salutem:

Colligit mentem meliora fidens:

Ad virum cursu celeri beatum/

Tendit ab inde.

Ad pedes cuius timidus volutus:

Sed senex passus minime hunc iacentem.

Surge: nam seruum scio te dei/Pa-  
phnucius es tu.

Audiit postquā pater hic/loquentem:

Surgit: ac fessus licet & stupefcens:



Sedit ad sūmī famulū tonantis:

Insuper infit.

Interrogat paphnucius Onophryū de sua vita  
Tricolon tetrastrophon ex duobus Asclepiadeis  
& tercio pherecratio. & quarto glyconio.

Votū certe deus vsq; adeo meū  
Cōpleuit: nemoris atq; heremi loca

Qui me iussit adire:

Direxitq; meos pedes.

Nervos ecce vides deficere: & licet

Tu solacia nunc prestiteris/tuis

Verbis dulcibus: at mens

Fraudis nescia plus sitit.

Iccirco senior corde precor pio:

Deuotoq; animo: dic age per deum:

Cuias? quis ve voceris?

Quando adueneris hunc locū?

Refert Onophryus nomen & vitam

Dicolon distrophon ex heroico & elegiaco.

Quando quidem o dilecte deo/sanctissime frater!

Nosse meę vitę longa pericla iuuat.

Atq; auidus queris tulerim quos forte labores:

Ne dubites: repetam quicquid habere voles.

Nēpe minus merito mihi nomē Onophryus: & iā

Septuaginta annis hęc loca sola colo.

Hermopolī nutritus erā: monachiq; cucullā

Atq; habitū sumpsī corde animoq; pari.

Pabula d' octrinę teneris me hausisse sub annis

Profiteor: normā/sanctaq; iussa patrū.



Sed fratrum totiēns Helyę nomen in ore  
Audieram: & vitam cōmeminisse senis:  
Qui sanctum assiduo corpus macerando labore:  
Ex heremo meruit scandere in igne polum.  
Baptistamq; alii referunt mihi sepe Ioannem:  
Deserta / & nemoris accoluisse feras.  
Militis officio functus qui pluribus annis:  
Iordanis meruit tingere in amne deum.  
Talia cōmemorans: placuit sub nocte silenti  
Pergere: & optata linquere cuncta fuga.  
Ventum erat in montes / atq; in stabula alta ferarū:  
Obuia continuo / lux mihi facta noua est.  
Qua visa: extimui: ne fors vestigia retro  
Ferre deus iubeat / siue redire domum.  
Exemplo aspectu pulcherrimus astitit heros  
Luminis horrendi: talia verba ferens:  
Angelus a sūmo custos tibi missus olympo  
Adsum: pone metum: me duce carpe viam:  
Esto humilis dño coram: letusq; labora:  
Cor tibi custodi: viue bene: effice opus:  
Nusquā abero: eterno donec telimite sistam.  
Dixit & inceptum continuauit iter.  
Vix sextū emensi lapidē: cum forte speluncam  
Vidimus: vnde virum cernimus ire dei.  
Accedo: atq; pater benedic / de more / sonabam.  
Stratus humi: pacis qui mihi signa dabat.  
Atq; ita / frater ait meus es / heremiq; sodalis:  
Ingredere o fili: fac requiesce parum.  
Mox dedit ingresso mandata salubria: contra  
Pellaces vafri dęmonis insidias.



Sapphicus repetitus.

Post dies paucos inibi peractos:  
Me senex verbis monuit benignis:  
Surge fili inquit: nemora & capescas  
Interiora.

Quattuor mecum spacio dierum  
Pergit: & quinta veniente luce:  
Vidimus longe scopulos sacrati  
Montis acutos.

Cuius ad vallem Synai ppinquā:  
Me senex ducens: locus hic sacratus  
Inquit: en palmas: Calydume dictus.  
Siste gradum nunc.

Hic iubet degas / dñs / seorsum:  
Pro domo partus locus hic Onofri  
Est tibi: serues monita / his relatis  
Ille redibat.

Me tamen sanctus pater is quot annis  
Visitāt: qualis monachus futurus  
Viuerem: donec moriens supernam  
Scanderet aulam.

Tum nouus nostris dolor est obortus  
Mentibus: morti similem peregrī  
Absq; spe vitā: prope me relinquens  
Spiritus eger.

Per diem solis calor vssit vrgens:  
Rore per noctem / pluuiā: aut pruina /  
In siti sēua: atq; fame madescens  
Pene fatigor.



Nulla ter denos requies per annos  
Non humo sedí: iacuí nec vnquã:  
Sed iugí vitam statione duxí:

Dura relatu.

Non tamen cunctos referam laboses  
Quos tulí: quales tolerare platum  
Conuenit: dignavt capiat triumphis  
Præmia victor.

Labores Onofryí Alcaicum  
Aestum die / ac frigus: famis & sitis  
Passus vices: & multigenas cruces:  
Molestias tulí frequentes:  
Dæmonis arma fugans nephandí.  
Panem ministrat quottidie Angelus:  
Et fert aquas: ne deficiam cibo:  
Reddatur & corpus labori  
Vtile: ne pereat famescens.  
Palmis fruebar. quæ mihi dactylos  
Sen a / quotannis / bis vice proferunt:  
Quos singulis legi diebus  
Hic cibus assidue misello.  
Hos herbidis mixtos foliis tulí:  
Pro pane pastus carice marcida:  
Fauum putavi mellis: ex quo  
Dulcor in ore meo suavis.

De cõione Onofrey & visione cęlesti.  
Trimetrum Iambicum.



Omni die solis semel / vel Sabbato  
Cōmunionē corporis dominici  
Sumēs / refect⁹ azymis ab angelo:  
Et sanguinē christi bibens saluificū:  
Sancta manu / donū sacrū p̄cipio:  
Vite meę p̄ quod salus perpetua.  
Quādoq; raptus ad supna limina:  
Fulgentiū tuebar illic sp̄ritus:  
Ceu sol relucentes in alto cardine:  
Inter beatorum videns exercitū  
Animā meā miris fruētem gaudiis:  
Et possidere sempiternā patriam.

Duxit Onophryus paphnucium in ha-  
bitationem suam.

Sotaticū a minori hñs Ioniū trimetrū acata-  
Tamen istec faciamus modo missa: lecticum  
Bone fili veniamus prope casam:  
Tibi monstrabit amicus sua regna:  
Mea quę sit domus & res videas nunc.

Sotaticū hñs Ionicū a maiori

Et continuo surge veni conspice.  
Illum p̄euntēq; sequutus pater  
Paphnucius: ingressus iter per tria  
Secum stadia: altam Calydumen venit.

Phaleuciū siue archilochium

Hic locus & palmis: & mōtibus vndiquaq; cinctus  
Ornatus & fragrantibus decenter  
Arboribus: illic dño prece cū senes litassent:  
Multimodis grates deo ferentes.



Confidūt pariter diuinaq; verba personabant:  
Occideret phēbus quo ad diurnus.  
Hesperus oceano cū surgeret ecce panis/ vnda &  
Affuit exiguo modo relata.  
Hospitīs officio functus senior/ senē rogabat:  
Vt sumeret potum parum cibiq;.   
Nempe fatigatū cognouerat & periclitari  
Paphnucium: nisi spiritum focillet.  
Esse recusauit tñ/ & bibere/ aduena iste sanctus  
Ni mox Onophryus simul cibetur.  
Vix tamen impetrat q; sumeret/ & parum gustaret  
Panemq; frangens administrat illi.  
Cūq; saturati fuerant simul: & satis relictum  
Edentibus: noctē vigiles agebant.  
Laudibus ethereis: sacro eloquio simul vacantes ]  
Immemores somni: & bonę quietis.  
Narrat Onophryus instare diē mortis suę.  
Iambicus alternus:

Aurora cū celo extulit sacrū caput:  
Orationi tū vacant.  
Continuo vultū videt Paphnucius  
Pallore plenū Onofryi.  
Mox rogitat/ dicat quid illi acciderit?  
Cur pallor ora inficeret?  
Cui senex: non expauescas o pater  
Letus: ait nec metuas.  
Omnipoteus recta deus duxit via:  
Te nunc in hanc solitudinem.



Vt corpus hoc terre meum committeres:

Et me simul fodias humo.

Hora nam hac carnis iugo resoluitur

Anima hæc deum repetens patrem.

Et in supernam regiam læta euolans:

Iucunda sumet præmia.

Frater sed o christo in Iesu dilectior:

Nostri memor repatria.

Interq; fratres quando eris forsan tuos:

Mei memento nominis.

Deserta nam non hæc deus/loca vt colas:

Sed vt domum petas iubet:

Phaleucius endecasyllabus iuncto pentametro  
Elegiaco Predicit Onofrius Paphnucium non  
in heremo manere debere.

Esto nuncius & mei laboris

Videris & quicquid/fratribus oro refer.

Non te propterea huc deus remisit:

Vt teneas nostrum: siue heremo vsq; locum.

Sed quo te exhilares/& gratuleris

Cum vel Anachoretis: fratribus atq; bonis

Quos deserta procul cauis cauernis

Passim habitare heremi per loca vasta vides

Tu virtute pari/meum sequeris

Ad pia celorum regna beatus/iter.

Persistas: age & in fide virilis

Adq; oculos tota dirige mente deum.

Sic sic inuenies tibi quietam:

Et vitam prendes/percipiesq; bonam.



Conseruent precor angeli superni:  
Protegat & frater te pia dextra dei.  
Prauо consilio carens vt omni:  
Purior ante dei conspiciare pedes.  
Vt non te feriat seuerus ensis:  
Cum dabit extremi iudicis ira minas.

Quid Onofryus impetrauerit a deo.  
Metrum heroicū iuncto trimetro Iambico  
Præterea & precibus multa impetrasse fatebor:  
Quæ iam deus concessit & dabit meis.  
Quisquis enim intuitu diuini nominis offert:  
Aut pauperi meo dabit elemosynam:  
Seu cremet incensum: vel si dare tanta nequibit:  
Dummodo ter dicat precem dñicam:  
Illi ego cęlestis regni spem protinus addam:  
Vt dignus ad superna migret atria.  
Efficiam consors vitę sit vt ille perhennis.  
Et liberabo hunc cordis a tristitia.

#### Onofrii mors.

Monocolon ex dactilico alemanio tetrametro  
hypercatalectico.

Cunq; hæc protulerat vir venerandus.  
Surgens/ad dominum fletibus orat:  
Incuruans genua &/protinus inquit.  
Commisus tibi sit spiritus iste  
In sanctaq; manus suscipe me rex  
Et supreme pater/iam venio ad te.  
Quo dicto emicuit lumen amenum:



Et lux candidior corpus obumbrat.

Hoc splendore senis carne solutus:

In celum volitat spiritus altum.

Quæ post mortem Onofryi gesta sint.

Distrophon/dicolon: ex heroico: & dactilico  
archilochio dimetro catalectico.

Continuo auditur concentus in aere dulcis:

Angelicu sꝑ sonus.

Plurima vox/clamorqꝫ deum sine fine salutatur

Laudibus innumeris.

Hoc modulo/his hymnis intrat cęlestia regna

Spiritus Onofryi.

Grataturqꝫ sacer cęlorum exercitus omnis:

Commilitone frui.

Attamen interea mœret Paphnucius: alto

Corde ciens lachrymas.

In planctus/gemitusqꝫ ruit: qꝫ habere nequiuit

Quem vix compererat.

Deinde suam vestem mediam proscindit: eaqꝫ:

Membra beata tegit.

Insuper inuoluens corpus venerabile: rupta

Contumulauit humo.

Cunqꝫ senis cellam cupit/& spelęa tenere:

Corruit illa solo.

Quęqꝫ illic steterant palmę: radice reuulsę

Procubuere simul.

Quo viso: Aegyptum petiit Paphnucius: illic

Singula mira refert.

Vndecima occubuit Iunii: coliturqꝫ sacratus

Christicola ille die.



# Ad diuū Onofryū Suppli

catio.

Monocolon dímetrū trochaícū hypercatalectícū

Ergo te precor beate Onofry

Sis memor tui Sebastiani:

Quem nec ímpulit popularís aura:

Nec pecunię precíum cupitum:

Vt lyre tibi numeros referret.

Quín lybēs chelym resonat decentē:

Solius tui ductus fauore.

Sentiát tuas preces vbertím:

Liberos bonos: deum tímen tes

Impetra: quibus probe ínstitútis:

Gaudium símul ferat perhenne.

Fiat & boni comes laborís:

Consors & tuę tan dem coronę:

Monocolon ex dáctilico ad onío dímeto  
catalectico.

Mítis Onofry

Sedulus ora:

Quí tua psall o

Facta decora:

Fac loca vítans

Inferiora.

Par tibi síam

Mortis ín hora

Amen.



# In diuī Onophrii laudem

de variis heremi cultoribus. Sebastianus Brant.

**P**rimus Helyas heremū petiuit:  
Sæculi diras fugiens procellas:  
Spiritu post se duplici relinquens:

Deinde Helyseum.

Huius exemplar fuit emulatus  
Ille baptifans dominū Iohannes:

Quo fuit nullus muliere natus  
Sanctior vsq̃.

Quid sacro dignū sed Hylarione

Afferam! laudare mei/benigna  
Quem satis nunq̃ potuere diui

Hieronimi ora.

Qui palestini generatus oris:  
Abditas querens heremi latebras:

Proditur crebro/cupiēns latere:  
Dæmonis ore.

Curię pompam/sterilemq̃ honorem

Cardinis: spernens heremū subintrat:

Corpus & plagis macerat cruentis

Hieronimusq̃

Malleus durus fuerat malorū: &

Hæresis foedę populator acer:

Mira qui fecit memoranda longis

Digna libellis.

Non sinit sedem ppriam draconis:

Sed fugans illum/tenuit Beatus

elyas

hānes bap  
ta.

ylarion

Hieronimus

Beatus.



Antra saxosi tenebrosa montis:

Et loca sola.

Hic ait cuidam: bonus esse visus

Qui fuit multis: age vel bonus sis

Qualis appares: habitū geras vel

Pectoris instar.

Regulę diuus positor minorū:

Multa Frāciscus monachus pegit

Mira: cū cellas habitaret: inter

Cōmōda fatrum.

Franciscus

At tamen solus cupiebat esse:

Poffet vt sacrū Seraphyn videre.

Dignus vt solus crucifixa ferret

Stigmata christi.

Dum colit turbas hominū fręntes

Vrbe peccatrix mulier/Maria:

Audit insignē pietate christū:

Tangere noli.

Maria mag  
dalena.

Sepe cis sursum tamen hęc leuat

Angelis: postq̄ nemora expetisset.

Vt sibi vere fuerint remissa.

Crimina multa.

Cum foret multis precibus parentum

Parta: & a multis maribus petita:

Maluit sexum Euphrosyne negare, &

Viuere sola.

Euphrosyna

Et viros inter teneris in annis

Virgo degebat: fuit atq; nulli

Nota: nec patri voluit gementi

Prodere se se.

E.i.



- Paulus  
 Antonius Dum colit longis heremū diebus  
 Paulus: & nullum silem putans An-  
 Thonius / vitam senis expetisset:  
 Gaudet vterq;.
- Pachomius Addo conflictū variū: sacratus  
 Quē senex Pacchomius vsq; fecit.  
 Quādo serpētes heremo reculcat:  
 Dē mone victo.
- Macharius Ne cubet solus Venerandus ipse  
 Mortuos Macharius vsq; querit:  
 Quicq; viuorū comes esse spreuit:  
 Funere gaudet.
- i. Machari⁹ Alter Aegypti fuit vrbe natus:  
 Feruidus semper heremi sequitor.  
 Alter extremas paradyſi ad oras  
 Mira peregit.
- Benedictus Horrido specu Benedictus abbas  
 Pluribus solus latitat diebus.  
 Dignus vt letum capiat superno  
 Pascha relatu.
- Inde multorum pater esse fratrum  
 Dignus inuētus: viget inde nomen  
 Ac decus tāti patris: hinc repleuit  
 Sydera sanctis.
- Bernhardus. Et meus dulcis pater: & magister  
 Sepe Bernhardus loca destituta: &  
 Sola quesiuit: strepitus forenses  
 Dū fugere optat.
- Virginis laudes potuit sacratę  
 In locis solis melius sonare.



A edibus cellas ideo struebat  
Carthusianis.

Línquít Athenas/patriã/parentes:  
Dat suã vestẽ Egydius petentí/  
Pauperi:nudis heremũ volebat  
Querere mãbris.

Egydius

Cerua nutricis sibi lac ministrat:  
Regú quam cū canibus ministri  
Impetunt:sanctũ/tetigit sagitta  
Vulnere díro.

Publicã sed quid referã Mariã:  
Partis Aegypti maribus placentẽ:  
Qz senex syluis Zozymas vagantẽ  
Vidit & audit.

Maria egip  
aca.

Hanc fores primũ phibent sacelli:  
Panibus tandẽ tribus hæc cibata:  
Per dies lōgos heremo:hic supnas  
Migrat in aulas.

Et senex multis Abraham/Mariam  
Laudibus dignã pater ille fecit.  
Qui male ablatã/rapuit colũbã/ex  
Ore draconis.

Maria abra  
he

Queq; lenoni fuit attributa:  
Corporis questũ faciens nephandũ:  
Dũ vetus cepit nemus hæc redire:  
Cuncta aboleuit.

E.ii.



## VITA ONOPHRYI.

**S**Eptuaginta ānis venerādus Onofryus/antrū  
 Dū colit: atq; heremū: syluiferasq; domos:  
 Veitibus absumptis: corpus riget omne capillis:  
 Et membra hirsuta tecta fuere coma.  
 Ad genua vsq; fluit plixa/impexaq; barba:  
 Et qui nudus erat: corpora crine tegit.  
 Humana interea solacia nulla recepit.  
 Nil præter solas vidit vbiq; feras.  
 Ter denos nunq̄ recubauerat ipse per annos:  
 Sed statione iugī triuerat vsq; dies.  
 Victus erat tenuis: syluestri ex arbore poma:  
 Et folia: & radix/herbaq; lecta manu.  
 Attamē angelicis fruitur conspectibus illis:  
 Crēbrius æthereo pascitur atq; cibo.  
 Nec pius ipse tamen voluit deus: esse sepultam  
 Et famam tanti forte latere viri.  
 Cūq; dies aderat mortis: Paphnucius Abbas  
 Per deserta viros querit vbiq; sacros.  
 Dumq; volente deo/Synai iuga montis adisset:  
 Instar quadrupedis viderat ire virum:  
 Quo viso extimuit: Sed diuus Onophryus illum  
 Voce vocans: inquit huc ades oro pater.  
 Cūq; illi totam narrasset ab ordine vitam:  
 Cras/aī o frater sum moriturus ego.  
 Propterea ipse tuos deus huc disponere gressus  
 Dignatus: quo me contumulare velis.  
 Nuncius utq; mei p̄ sēcula longa laboris:  
 Et testis vitæ/nominis atq; fores.



Scito tamen/precibus me grandia multa benignis  
Impetrasse: deus que mihi firma dabit.  
Nam quicumque mea pro laude cibabit egenum:  
Offerat aut missæ: suppliciter ve petet:  
Criminis hic veniam capiet/vitamque phennem.  
Ut sit in aduersis tutior efficiam.  
Iamque Vale: vndecimam Iunii mea festa sacrabunt.  
Aeternam in patriam spiritus ecce volat.  
Ergo te precor beate Onophry.  
Sis memor tui Seb astiani.  
Fiat ut boni comes laboris.  
Particeps tuæ simul coronæ. Amen.

Compatio laborum Onophryi: ad Herculem

Herculeos si quis miretur mille labores:  
Desinat: & nostros proleget ille dies.  
Comperiet studio Alciden certasse pro phano:  
Terrigenasque semel pro domuisse feras.  
Mille tuli/ & totidem pro eundi sepe figuras:  
Cumque sua victus pro uigil arte draco.  
Ille sub Eurystheo: christo sub principe vixi.  
Dura nimis illi mors: mihi grata fuit.  
At si quis meritum: si premia digna laborum  
Poscat: fama illum: me bona vita fouet.



**De glorioso p̄ miseris pec-**  
catoribus: apud iustū deū patrociniō. S. Brant.

**H**Uc p̄perate senes / pueri / innuptęq; puellę:  
Matronę / atq; viri: turbaq; cuncta simul.  
Tuq; a deo in primis scelerum qui mole grauaris:  
Et peccatorę quę premit acre iugum  
Aspice quanta salus: & gratia quanta misellis  
Parta reis: o q̄ forte patrociniū.  
O miseri gaudete nimis / inopesq; clientes:  
Causidicis agitur q̄ mala causa. bonis.  
Hic pietas orat causam: clementia perstat /  
Et miseratoris mitigat ora dei:  
Ut veniam tribuat: sinat atq; abolere reatum:  
Sint licet hæc inter nomina scripta reos.  
Non hic Quintiliū: Demosthenis: aut Ciceronis  
Est opus arte noua: rethorico ve modo.  
Pro cinere atq; luto rogitat deus atq; creator:  
Et pro sordidulis: virgo serena reis.  
Supplicat hic nato genitrix: puer ipse parenti:  
Et deus ipse deo: filioloq; parens.  
Perdidit o / causam quis defensoribus istis?  
Quandoquidē partes Iudicis alter habet:  
Altera apud solium / seruat iūctissima / sedē  
Filioli: absoluens quos vōlet ipsa reos.  
Quid nato posset genitor tamen vsq; negare?  
Abnuere aut matri filius ipse suę?  
Eia' age sanguinibus squallens miserande / vereri  
Disce tuū saltē vermis & ymbra deum.



Confluïto huc: miseris locus iste tuebitur omnes

Hæc facit ïmunes a scelere ara reos.

Cunq; deo patri / satis haud facere / o miser: vno

Pro scelere: & mínimo crimine vbicq; potes:

Vulnere squallentē: fluidūq; cruore / parenti

Exhibeas natū / pignora chara / suum.

Et matrem exhibeas: cuius puer vbera suxit

Lactea: iudiciū cui pater omnia dedit.

Ille satis pro te / mundi quoq; crimine fecit.

Cunq; sua pro te virgine matre rogat.

Huc reus appellet: iusti patris ante tribunal.

Moxq; pii vultum iudicis inueniet.

Hic miseris phas est rebus / sperare salutem:

Hic statio & quassæ portus & aura rati.

Criminis in medio si quis natat equore: forsan

Naufragus: hoc speculū / perfugiūq; petat.

Hæreat hoc scopulo quisquis submergiæ vndis

Incipit: aut rapido fortice sorbet aquas.

Precipue / ad matrē / tibi supplicē voce p̄candū est:

Plenaq; mysteriū fundere verba velis.

Dicito. Cōmoneo te dulcis virgo Maria

Ante tuum quæ stas sedula filiolum.

Ostendisq; sibi pectus: sacra vbera pandis:

E quibus exsuxit lac / puer ille / tuum.

Filius atq; latus patri / & sua vulnera monstrat:

Vulnera: pro miseris quæ tulit ipse reis.

Nulla quidē precibus poterit tandē esse repulsa:

Vota vbi cōcurrunt / tot pia: tantus amor.

Ergo mihi impetra pacem / rogo / crimine ab omni:

Fac veniā dignum / me pia mater. Amen.



# Salve regina. S. Brant

O regina / dei mater castissima / Salue.

Vitę dulcedo / spes quoq; nostra vale.

Tenditur ecce ad te / p nos vel ad ęthera clamor:

Nos / quos prima parens misit in exilium:

Ex hac / nos ad te / lachrimaę flemus abyſſo:

Et gemitus imo pectore proueniunt.

Eia age nostra / tuos mediatrix verte benignos

Ad nos prospectus . respice filiolos.

Et Iesum / ventrisq; tui fructum venerandum

Ostendas nobis post / precor / exilium hoc.

O clemens / dulcisq; dei genitrix : pia mater:

Pro miseris natum : virgo Maria roga . Amen

## Pro Reliquiis Aquisgra

ni conseruatis. S. Brant

Aduena siste pedę : locus hic tibi (mira relatu)

Christifereę ostendet virginis indusium.

Subligarem & pannũ : quo nostre membra salutis /

In cruce carnigeri tecta fuere dei.

Panniculi & quibus est puer ad presepe volutus:

Factus & imunis frigoris omnipotens.

Adde etiam pannum / Baptisteę morte sacratũ.

Septenni spacio hec cernere quisq; potest.

Karolus a grecis nostram hec aduexit ad vrbem:

Hoc posuitq; loco : laus tibi summe deus.



# Ad diuū Valētinū preſulē

Sanctiſſimum.

Sebaſtianus Brant.

**L** Audibus o preſul iuuat indulgere parumper  
Valentine tuis: dirige diue pedem.  
Huc pater o memorande veni: tibi nepe canemus  
Hymniferas laudes: huc pater oro veni.  
Non tamen inſiſtam preceſſe nobilitati  
Longius: omnigenis gentibus iſta patent.  
Nam quis Ceſareꝝ genitū te ſanguine neſcit?  
Et quis te natum Ceſare forte neget?  
Te Conſtans/caput imperiū: materq; Beata  
Protulit: o laudis noīa magna tuę.  
Nam conſtans meritis/virtute/ampliſq; triūphis:  
Nactus es ætherei regna beata poli.  
Stēmata ſpreuiſti: pompaſq; & inania mūdi  
Sceptra: deo ſoli viuere poſſe placet.  
Et patriā temnens/ac ſeꝝuo Marte cruentam  
Miliciam: chriſto ſub duce ſigna geris.  
Proq; luto & teſta ſpretis: gēmata ſubintras  
Atria: & ob meritū munera digna capis.  
Id tibi quod viuo/rector monſtrarat olympi:  
Dum precibus curat languida mēbra tuis.  
Vtq; alia obticeam/mirandaq; plurima: per te  
Geſta: quibus luſtrat te pater omnipotens:  
Eſt morbi genus/horrendū/tetrumq;/ferūq;  
Hanc epilepſiam dorica lingua vocat.  
Dicitur a noſtris comprehenſio rite latinis:  
Nam ſenſus cunctos arripit atq; premit.

F. i.



Hunc vulgo / a casu / dicunt pleriq; caducū.

Qui cadit: est sensus: est quoq; mentis inops.

Concidit hic subito: spumęq; ex ore mouentur:

Alter & inflāmas incidit: alter aquas.

Dissoluit quondam cōmītia cepta: cadebat

Si quis in hoc morbo. nomen & inde manet.

Non hunc phœbigena: nō hūc cū fratre Machaon

Sanat: & Hypocrates: pharmaca nulla valēt.

Omnis enim medicas effundit inaniter artes:

Qui putat hoc herbis posse fugare malum.

Solius esse dei curam pleriq; fatentur:

Qui tibi concessit pellere posse malum hoc:

Est tua pęonia medicina salubrior herba:

Tu prece: nō granis: fers medicantis opem.

Et quę nec panacę curat: nec Media morbum:

Hunc prece cū modica tu venerande fugas.

Hinc quoq; pro meritis multū mortalia debent

Valentine tuis corpora pęsidiis.

**Ad diuū Iuonē aduocatū**  
pauperum. S. Brant.

**U** Erborū exorsum / duce te venerabilis Iuo:

Inq; tuas laudes carmina nostra feram:

Mitis ades doctor: causam defende benignam:

Causidicus proprio sisq; patrocínio.

En tua res agitur: tua quā dum vita superstes

Neglexisti laudem: post tua fata foue.

Nam decet / vt cunctis / pateat mortalibus: illa

Quam bene pro meritis fers modo laureolam.



Huc Brito dulcis ades linguam rogo dirige nostrā  
Ad causamq; tuā docte magister ades.  
Sed tua quid referam studia: & mellita iuuentę  
Dogmata: te puerū quę didicisse ferunt?  
Gratia nā/tibi tum lustrans/demissa superne:  
Te facit electū vas/placidumq; deo.  
Hac duce/pontificū/& legalia noscere iura  
Est tibi concessum: largiter atq; datum.  
Hinc fora pauperibus: fecisti læta neglectis:  
Iudicis aurilegas qui timuere manus.  
Te iustam quisquis causam fortasse peregit  
Patrono: sensit te duce iusticiam.  
Quę res cūq; fuit/iuri/aut contraria honesto:  
Mos tibi semper/eam nō tetigisse fuit.  
Ausus erat nemo/cui forte calumniā cordi:  
Seu dolus vllus erat: te vel adire semel.  
Te veritus iudex: timuitq; tabellio avarus:  
Causidici expauit/te quoq; lingua loquax.  
Improbulusq; cliens/importunusq;/repulsam  
Qui semel expertus: non rediturus abit.  
Instar erat facies/tua nā veneranda/leonis:  
Et qui te vidit: iudicat esse virum.  
Formidandus erat/veluti Catho sepe/theatris:  
Sic tua verbosis/ora seuera foris.  
O quotiens nūmos potuisses diuitis amplos  
Sumere: sed miseri preualuere preces.  
O quotiens spretus diues: sua munera vana  
Detestatus erat: rettuleratq; domum.  
Spreuisti seclī pompamq; & inania mundi  
Gaudia: sed nobis gloria vana placet.



Tu neq; consilio (nostro de more) tulisti/  
Nec scriptis/cuiquā preuaricantis opem.  
Tu bona pauperibus dispergis: parta labore/  
Ingenioq; tuo: pauper & esse cupis.  
Lectus erat Codro: minor est tibi diue supellex:  
Pro lecto liber est/dura silexq; tibi.  
Tu miseros queris/per compita longa/viasq;  
Sponte tua: atq; vltro his copia larga tui est.  
Scilicet impendas his vt benefacta/misellis:  
Officiumq; decens/& miserantis opem.  
Nos bona paupib<sup>9</sup> rapimus: spolia ampla pupilli  
Conuectare iuuat: phasq; nephasq; parum.  
Querimus & lites: tu pacis semper amator.  
Iurgia ridemus: tu malefacta doles.  
Nobis preda sapit: pulset nostra hostia nemo:  
Pendula ni sibi sit/vel bene curua manus.  
Astruimusq; dolos: causasq; extendimus: at tu  
Imponis finem litibus/atq; modum.  
Hinc tibi celorum moderator maximus/& rex  
Contulit: vt tibi sit nunc sine lite quies.  
O decus/o virtus/o gloria magna Britannis  
Iuo pater: fac te concomitare queam.  
Aduocatorum tu gloria prima/vel vna:  
Solutus & e nostra/sydera gente tenes.

## De sancto Iuone hymnus.

Iuo qui miles fueras togatus:  
Miles & christi: bonus & sacerdos:  
Perfidas turmas/superas duello:  
Nocte dieq;.



Inclytam vitā / simul & modestam  
Instar in terris agis angelorum:  
Non mero / nec tu satiaris vnquā  
Carnis in esca.

Vestibus duris: capreoq; amictu  
Vteris: corpus maceras: ieiunans  
Abstines: noctes / vigilans / precaris  
Sæpe perhennes.

Pauperem christū / satis emulatus:  
Pauperes semper inopesq; turbas  
Insequens: nunquā miseris sinebas  
Mente grauari.

Tu pater iuris / decus / atq; custos:  
Suetus es causas tuitare iustas:  
Pauperis nunquā / viduę / aut pupilli  
Despicis ora.

Iuo doctorum Venerande fautor:  
Quē colit noster chorus / & frequētat  
Laudibus dignis: hodie fauentem  
Respice cętum.

Impetra nobis veniam cupitam:  
Fac pares vita / meritisq; tantis:  
Curię tandem comites superne  
Participesq;.

Id quod excelsę moderator aule  
Cum suo præstet genito / sacroq;  
Spíritu: trinus deus / vnus omnis  
Arbiter eui.



# Ad diuū laurentiū Precatio

O pie Laurenti/te flāma tyrannide seua  
Craticula impositum torret/& ignis edax.  
Cesaris eduri spernis tormenta/minasq̃.  
Pars prior assa inquis/verte tyranne latus.  
Tosta satis caro nostra/gulam satiare valebit  
Inmanem ecce tuam: me cape/mande ferox.  
Quos tibi thesauros queris sacri improbe templi:  
Ad superas sedes duxit egena manus.  
Da precor effugiam viciorum incendia dira  
Omnipotens genitor/rexq̃/deusq̃ poli:  
Qui quoq̃ contuleras diuo Laurentio: vt ignes  
Sentiret nusquā pectore flāmigeros

## Diui Brunonis uite in

stitutio & de laude & exornatione ordinis  
Carthusiensis Carmen Sapphicū. S. Brant.

**S**piritus sancti mihi gratiam da  
Summe coelorum moderator o rex  
Ordinis laudes valeam sonare:

Carthusiani.

Ecquis ad vitam leuius beatam:

Quis ve secure/cicuis ve tendit?

Tucius quis nam sua fata anhelat

Carthusiano.

Bruno tu foelix merito fereris

Qui viam latam fugiens sinistrae:

Arripis dextram: prior atq̃ factus.

Carthusianus.



Abdito querens / sociis receptis /  
Ut loco degas. heremum legebas.  
Hortus insignis duce te rigatur  
Carthusianus.

Spernis hanc mundi / bona que putant.  
Preteris cleri tumidos honores:  
Quos queas plures habuisse: factus  
Carthusianus.

Tu sacri iuris fueras peritus:  
Paginæ sanctæ / docilis magister:  
Carus & multis: nihili ista pendis:  
Carthusianus.

Inter am fractus: dubiasque mundi  
Semitas: arctam peregre capescis /  
Et viam certam propere insequutus.  
Carthusianus.

Addo que papam variasque pompas  
Curie temnens: Calabros adisti:  
Hos doces normam: struiturque turris  
Carthusiana.

Nullus obstabat labor / aut grauamen:  
Quo minus semen iaceret salutis:  
Corda fecundans: bonus iste miles  
Carthusianus.

Ut ne hunc ab re / sciat esse presul  
Hugo / preclarum rutilansque sydus:  
Splendeat quondam duce quo sequentes  
Carthusiani.

Scripta / solamen / monitum salubre /  
Fratribus mittit heremi vetustis.





Stare quos gaudet veteri instituto.

Carthusiano.

Bruno tum demū Venerande claudis

Vltimā vitæ (peragisq; metam:

Pace transmigrans superas ad aulas.

Carthusianus.

Regulā linqvis satis eminentem:

Patribus multis placidam sacratis.

Pontifex summus probat & decorat.

Carthusianos.

Arce nec celsa potuit latere

Ciuitas: lumen modio tegi nec:

Crescit / & passim pcul auctus ordo.

Carthusianus.

Nō rigor quōdā Scythiæ / aut Canopī

Accolis maior / Nitriæ ve montis:

Quam seruant casti modo / sobriiq;.

Carthusiani.

Terminos certos statuunt peculī:

Cura non auri grauat hos maligni:

Nam sciunt paucis satis esse paucū:

Carthusiani.

Hactenus nunquā fluuio perhenni

Deserit fontis veteris saporem:

Degener nunquā fuit ordo visus.

Carthusianus.

Vos odor christi bonus: aggregatus.

Ex cenobitis & anachoretis:

Plane baptistam tamen æmulantes.

Carthusiani.



Mundus haud dignus fuit vt teneret:  
Abditos cellis heremū colentes:  
Pellibus cinctos capreis/melotis/  
Carthusianos.

Inter arbuſtum nemoris/repertum  
Non fuit:lignum ſibi cōparandū:  
Sancta nā radix/pare fronde floret  
Carthuſiana.

Lugeant quīs ſpacio momenti:  
Et licet ſemen iaciant gementes:  
Attamen læti veniunt maniplis.  
Carthuſiani.

Inclytos fructus parit & ſuaues  
Arbor:hāc vitē probat hortulanus  
Palmītes quę fert virīdantis vuæ:  
Carthuſiana.

Sabbata & ſēdus domīni tenetis:  
Eſtis eunuchi domīni volentes:  
In domo vobis locus eſt herili.  
Carthuſiani.

Vnicus teſti tuguriq; cuſtos:  
Peruigil paſſer:meditans columba  
Et pelicanus/heremī colonus:  
Carthuſianus.

Turtur o chriſti ſpecioſe:mœrens  
Tu gemis ſponſo viduate caro:  
Fronde non curas virīdī cubare  
Carthuſiane.

Reſpūis quicquid iubeat voluptas:  
Balneum vitas:teneros amictus:



Carnibus vesci fugis/abstinendo:

Carthusiane.

Ipsē non queris hominū diem:nec

Arrogas laudes populi caducas:

Gloriæ spernis stimulos inanes:

Carthusiane.

Vnius flocci patriam/parentes/

Liberos/fratres/facit & sorores.

Atq; fortunę bona cuncta temnit:

Carthusianus.

Sæculi sordes fugit & prophanas:

Et suam vitā:nihil ista curat:

Dulce nil christo sine:nil amęnum

Carthusiano.

Qui iugū letus teneris ab annis

Pertulit:solus sedet & tacebit:

Se super gaudet fore se leuatū

Carthusianus.

Veste procedit cito nuptiali

Obuiam sponso:manibus nitētes

Lampades gestans/oleo decoras:

Carthusianus.

Excubat:longas meditatur horas:

Crastinæ/nullus labor est/diei

Quid ve/manducet/bibat/ac fruatur

Carthusianus.

Insuper carnē violant domando:

Incolunt cellas/vigilant/precantur:

Abstinent:corpus macerant flagellis

Carthusiani.



Vnius iussum tolerant Prioris:

Quicquid hic mandat/pagūt volētes:

Præcipit si quid grauius: faceſcunt

Carthusiani.

Rarior casus: facile inde surgunt:

Paruulos petrae propere atterendo:

Baltheo lumbos/venerēq; stringūt:

Carthusiani.

Id quod/elongans facit hos subire

Claustra deserti: fugiunt/ manentes:

Milites christi lachrymis vacando

Carthusiani.

Sint licet plures populo serentes

Pabulum: pauci faciunt sed eheu

Quæ docēt: solus opere ista mōstrat:

Carthusianus.

Dat theoriis operam supernis:

Mentis excessu speculatur alta:

Raptus in cœlos/superos tuetur

Carthusianus.

Omne terrenū pedibus reculcans:

Transuolat nubes animi meatu:

Alloquens christū/fruītur loquēdo

Carthusianus.

Ciuūm turbas/populi tumultus

Ridet/actoris cupidi & querelam:

Pascuæ montes proprię tuetur

Carthusianus.

Tradit ad mensam domini talentū

Creditum: lucrum faciens honestū:



Quod suus tollat dominus reuersus.

Carthusianus.

Optimus vitę modus & probatus

Iure diceris: vtinam misello

Spes sit: athletam fore me palastre

Carthusianę.

Recte foelicem / penitus beatum /

Tęq; perfectũ / sine labe / dicam:

Iam Vale nostri memor ordo sancte.

Carthusiane.

## Ad fontem gracie

supplicatio. S.Brant.

Qui rigas fontem puer effluentis

Gratię: fundens latices suaues:

Factui potem fluuios amoris:

Fac tibi viam.

Veritas & lux veniens superne:

Ipsa deducant penitusq; ducant:

Ad tuum fontē sitibūda nostri

Pectoris ora.

Qui patres nostros heremi colonos:

Dura fecisti tolerare cuncta:

Particeps horum rogo sim laboris:

Simq; coronę.

Sit licet messis numerosa christe:

Colligant pauciq; operū maniplos:

Me tamen faxis / populo laboris

Cōnumerandum.



Negligens primas fuerim ꝑ horas:  
Tertias quāuis / simul atqꝫ sextas:  
Peruigil saltem celeris peragrem  
Sæcla senectæ.

Fœnori tradā domini talentum  
Creditū: lucrū vt capiēs tra pezæ:  
Me deus mēsam iubeat supernæ  
Sortis adire.

Simplicis vitā ꝑagens columbæ:  
Aspidis ritu sapientis / aurem  
Obstruam cauda: fugiens canētis  
Demonis artes.

Prandiū postqꝫ ꝑaget supremū  
Christi: ardentē manibꝫ lucernā &  
Nuptiis aptū / superisqꝫ dignū  
Cernat amictū.

Occupem littus vtinā cupitum:  
Applicem tuta statione lembum:  
Ancoram figam: fugiens ꝑcellas:  
Et maris æstus:

Nec quicqꝫ affectem nisi te mea sola voluptas  
Christe Iesu: summi gloria summa patris.  
Nempe creatura tua sum: tua dicar oportet:  
Tuqꝫ deus solus / tu mihi solus eris.

## Exhortatio ad lectorem

de vita solitaria.

S. Brant.

De numero æthereę quisquis cupis esse palestre //  
Principe sub christo & milicię esse comes:



Huc precor obtutu figas tua lumina/ & ora:  
Et propere hos sanctos contueare viros:  
Feruor apostolicus. & disciplina prioris  
Ecclesie/ hos fecit linquere cuncta fuga.  
His pertesa quidem consortia chara parentum: &  
Coniugia: ac mundi dulcia/ & illecebre.  
Hos diuinus amor/ fructus radice beata  
Ferre bonos fecit: & vigilare deo.  
His crucifixus erat mundus: deserta petebant:  
Quo magis imundi demonis arma fugent.  
Hos deos omnipotens tua gratia missa superne  
Lustrat: & irriguo crescere fonte facit.  
O bone christe Iesu quatos pepere triumphos:  
Hi tibi delecti/ mellifluisq; viri:  
O tibi quas grates horu vice promit olympos?  
Quas ve cohors laudes concinit angelica:  
Illoru metuende pater prece/ respice vultu  
Me miserum placido: fac placeamq; tibi.

## Ad sanctum appolina

rem martyrem ppe basileã. Sebastianus Brant.

**S**ubuenis o p̄sul pueris: spem matribus addis:  
Gaudia conseruas: Appolinaris Aue.  
Martyre te gaudet/ te p̄sule diua Rauenna:  
Sicq; tuo gaudent hec loca p̄sidio.  
Nempe tuis meritis magnus concessit olympi  
Rector: vt exores/ quicquid ubiq; voles:  
Tu mihi p̄onia potes esse salubrior herba:  
Cura epilepsie/ munus/ opusq; tuum est.



Inclyte confessor templis votiuā quotānis  
Munera digna tuis: auxiliare / feram  
Sīt fatis has primū memores posuisse tabellas.  
Quas tibi pro puero fecimus Onophryo.

## De vita humana bene instituenta. S.Brant.

Mane deo vitam cōmendet vir bonus omnem:  
Prēdicet & laudes / gratus vbiq̄ deo.  
Nocte memor culpę: relegensq̄ errata diurna:  
Pēniteat: veniā postulet: inde cubet.

## Ad sanctum Nicolaum

Sebastianus Brant.

**N**Aufragium passis qui subuenis inclyte p̄sul  
Te vocat in medijs nauita quisq̄ malis.  
Tu mare veliuolū tranquillās / turbine pulso:  
Hinc nautę cuncti te coluere patrem.  
Illisam scopulis nostram Nicolae carinā:  
Et pressam viciis: ad loca tuta refer.  
Scilicet a subita salues nos p̄ste misellos:  
Qui cassas nunquā desinis esse preces.  
Iuueris & nisi nos mitis Nicolae: perimus:  
Nec quisquā nostrum / te sine tutus erit.

## Ad Sacramentum

Eucharistię. S.Brant.

Te bone christe Iesu pendentē corpore adoro  
In cruce p̄ famulis: spinea ferta gerens.



O fidei thorax atq; insuperabile scutum:  
Pro miseris moriens in cruce corpus aue.  
Ecce viatorū cibus/o celeberrime panis:  
Spirituū fueras qui prius æthereum.  
Tu quoq; sanguis Aue/traiecto ex pectore manēs:  
Perq; creatoris inçlyta membra mei.  
Participes meritīs fac nos pie christe precamur:  
Fac socios mensę ciuibus atq; tuis.

## De natali christianismo

Sebastianus Brant.

Sydyus ex claro veniens olympo:  
Virgo quod nobis peperit sacrata:  
Orbis illustrat spacium rotundi  
Nobile lumen.

Protulit nobis mulier salutem:  
Filium summi patris edidit que.  
Et deum mater genuit: pudica  
Virgo manensq;.

Qui maris/terreq;/hominū/ac deorum  
Temperat:laxatq; datas habenas:  
Quo nihil maius generatur :ipso  
Nascitur orbi.

Illius laudes pueri/sonabunt  
Carminum nostrum moduli suaues.  
Vocibus lætis feriamus astra  
Rosida cœli.



# Ad magni ingenii & doctri-

ne virum Mathiam Samsuculum Sulgomeñ. in  
odas passionis christi per Sebastianū Brant car-  
minis quadā experientia decantatas: choriambi-  
ca p̄facio.

Vir p̄stans animi charior omnibus  
Matthia: rogitas vt tibi concinam  
Horas passiferas carminibus nouis:  
Quę possis leuius/suauius aut loqui:  
Quam profas veteri scomate conditas.  
Morem proinde libens/atq; volens geram  
Votis chare tuis: carmine sapphico  
Sumas compositas: vel choriambico:  
Seu malis potius forte trochaico:  
Adiunxi his trimetrū nobile iambicum:  
Alterniq; pedis imparem elegiam  
Quęcū forte leges optime carmina  
Frater: nos memori mente reponito.  
Veloci veniā da calamo velim:  
Et nobis faueas perpetuo: Vale.

Sapphicū endecasyllabū.

Veritas sūmi patris osculatur:  
Antelucanū capitur /ligatur/  
Nocte distractus: fugiunt amici:

Raptus ad Annam.

Tractus est hora Iesus ad pylatum  
P̄sidem prima: reprobō frequenter  
Teste delatus: datur & flagellis

Discrucandus.



Tercíis clamant: crucífige: cędunt:  
Purpurant: plectunt capítí coronā  
Spíneā: regē genibus salutant.

Dant colaphosqꝫ.

Baíulat sexta crucis onus íngens:  
Ad locum mortis: spoliant amíctu  
Et crucí nectunt: sitibunda potant

Pectora aceto.

Spíritū patris manibus remíttit  
Clamítans nona: moritur: nigratur  
Sol: tremit tellus: latus ac cruorem

Fundít/aquasqꝫ.

Vespera plāctu gemituqꝫ multo  
A crucis nexu capiūt: sínuqꝫ  
Matris apponūt: lachrymis lauať.

Nobile corpus.

Balsamís vnctum domínū benignū  
Moxsepulture dedit hora cōplens.  
In nouū ponūt tumulū: prius quo

Nemo sepultus.

Has tuę Iesu bone passíoni  
Gratías/horis canimus díurnís.  
Per tuā mortē/míseris reatum

Terge precamur.

Amen.

## Choriambicū Asclepiadeū

Matutína deí/tempora/fílium  
Tradunt pęstiferís hostibus ín manus:



Constringūt misere vincula venditū:  
Per noctē trahitur rex pius integram.

Ad primas.

Prima iudicio sistitur innocens  
Hora: per reprobos inuidię viros  
Accusatur: adest testis iniquior:  
Præses iudiciū fert malus improbum.

Ad tertias.

Hora vociferant tollito terciā  
Christum /fige cruci: purpura mox dā:  
Illusus trahitur: plectitur alapis:  
Imponunt capiti fertaq; spinea

Ad sextas.

Sexta Caluariam ducit: exuūt  
Et nudum dñm :fortibus in crucem  
Clavis consolidant: torquet eum sitis:  
Carpit latro malus conuiciis deum.

Ad nonas.

Nona voce graui clamat hely pater  
Quid me destituis: suscipe spiritum:  
Expirans: moritur: concutitur solum.  
Miles vulnus agit: sol niger emicat.

Ad vespas.

Deponunt dominū de cruce vespere  
Cum multo genitu: cum lachrymis piis  
In terram miserę ponit ad pedes  
Et matris gladius pectora perforat.

Ad completorium.

Imponunt tumulo carnigerum in nouo  
Completo dñm tempore: condiunt



Hunc myrrha: tenebras spiritus inferas  
Accedit: veteres liberat hinc patres.

Horas canonicas has tibi pangimus  
Iesu nostra salus/ vera redemptio.  
Vt nos sorde lauans: crimine liberos:  
Tecum perpetuo viuere conferas.

Amen.

## Tetrametrum trochia cū

Catalecticon

Ad matutinas.

Filius sacri parentis matutino tempore  
In manus ferocis hostis incidit p̄ osculū:  
Dire captus & ligatus: a suis relinquitur:  
Integræq; nocte tractus: huc illuc retruditur.

Ad primas.

Ad pylatū iudicandus hora prima ducitur:  
Reprobis: malis: iniquis inculatus testibus:  
Voce iudicis damnaē: & reus decernitur.  
Innocens ouis luporū morsibus retunditur.

Ad tercias.

Clamitant senes/ iuuentus: affigatur in crucē  
Hora terciā diēi rex amictus purpura:  
In caput sacrum coronam deprīmūtq; spineā:  
Baīulat crucē redemptor in caluarię locum.

Ad sextam.

Sexta sauciū cruore: veste rursus exuunt:  
Clauis in crucem ligatur: acrius retenditur:  
Altiusq; subleuatur: fel/acetū/exhibent:  
Irrideť a malignis/ & latrone pessimo.



Ad nonam.

Tradit in manus parentis hora nona spiritū:  
Sol nigratus obfuscatur/ & metu tremit solum.  
Lancea latus foratur: vnda sanguis effluit.  
Filius dei probatur orbis omnis ingemit.

Ad vespervas.

Vesperis Iesus refixus a crucis patibulo:  
Poniturq; cū dolore matris ad sacros pedes:  
Euilat/gemit Maria: luget vnigenitum  
Preparatur ad sepulchrū corporis sacrariū:

Ad completoriū.

Rex salutis auctor vnus: hora completorii  
Conditur nouo sepulchro marmoris sarcophagi.  
Balsamatus: inuolutus albicante syndone:  
Ad patres stygis sub vmbas/ it corona glorię

Christe nostra vita/virtus/ & redemptor optime  
Gratus has horas diurnas sumito piissime.  
Fac tuęq; passionis vt fruam perhenniter:  
Angelisq; consodalis vt sim posco iugiter.

Amen.

## Senarius Iambicus

Ad matutinas.

Iudas herum tradit in conticinio:  
Ad hostium manus suum per osculum:  
Vinclis ligatus in domos pontificum  
Conuiciis verberibusq; ducitur.



Ad primas.

Prima pylato p̄sidi remittitur  
Culpatur/accusatus a maliuolis:  
Testes iniquos exhibentq; iudici:  
Et innocens damnat absq; crimine.

Ad tercias.

Ad tercias vnanimis vociferant  
Hunc tolle tolle/figito cruci Iesum.  
Cedunt flagellis & coronā capiti  
Plectunt: salutant alapis regem suum.

Ad sextas.

Sexta Iesus pondus crucis gemēs subit  
Illamq; mortis ad locū defert p̄cul:  
Nudus cruci clauis ligatur acribus.  
Latro sinister impetit probris deum.

Ad nonas.

Hely deus/nona clamādo: spiritum  
Tradit Iesus deo patri moriens suū.  
Tellus tremit: nigratur & solis decor.  
Petreq; fracte: finditur latus sacrū.

Ad vesp̄as.

De crucis ara ad vesp̄as resumitur:  
Et a suis amicis in mirū modum  
Defletur: alba conuolutus syndone  
Et ad sepulchrum p̄papať vngvine.

Ad completorium.

Ad tumulū locatur & reconditur  
Iesus nouū: completa dū dies foret.  
Lapis grauis sibi superq; ponitur  
Heu iacet in solo corona glorię.



## Conclusio.

Iesu creator & redemptor inclyte  
Has passionis offerens horas tue  
Grates ago tibi canāq; perpetim  
Qui p̄ tuis dignatus es seruis mori.

Amen.

## Elegiacum.

Ad matutinas

Intempesta fuit nox: cū patris vnica proles  
Venditur: hostiles traditur inq; manus.  
Proditor oscula dat: fugiuntq; per auia noti  
Distrahitur tota nocte benignus herus.

Ad primas

Ad primas subiit turba comitante: pylati  
Iudicium: falso crimina teste serunt.  
Innocuum preles virgis cedi atq; flagellis  
Precipit: ingeminant sputa alapasq; deo.

Ad tercias

Voce graui resonant dum tertia fluxerat hora  
Tolle hunc tolle procul in cruce fige Iesum.  
Purpurea induitur: spinis diadema prementes  
In caput: exclamant: rex age noster Aue.

Ad tercias.

Baiulat ad sextas humeris onus ad loca mortis.  
Et clauis nectūt membra beata cruci.  
Culpat latro deum: sitit: at fel dant & acetum:  
Proq; malis orans/pallet & ingemuit.

Ad nonas.

Nona discipulo matrem cōmittit: & alta



Expírans aĩam voce patri exhibuít.  
Terra tremít: sol nígratur: petre & monumenta  
Rumpunť: sacri pectoris vnda fluít.

Ad vesp̄as.

De cruce deponunt christũ cognatĩ & amĩcĩ  
Vesp̄ere: deplangunt/collachrymãtq; deũ.  
O dolor a matrĩs cor luctĩficabile: quando  
Vulnera tanta videt: corpus & exanimũ.

Ad completoriũ.

Dum cõpleta díes foret: ad noua saxa sepulchri  
Deportant dñm cum gemítu horrífono .  
Tũ casiã/atq; aloē/nardũ/thus/cyñama/myrrhã:  
Balsamaq; vngentes: cõtumulantq; Iesum.

Has tibi canonicas/dono cape/poscimus horas  
Quas canim<sup>9</sup> mortĩ maxime christe tuę.  
Et quos carne tua/quos dogmate /morte/ redemĩ  
Partícipes facias hos quoq; sorte poli. /sti  
Amen.

Finit Basileę Kl. Martiĩ. 98.



# Ad religiosissimū patrē

Arnoldū Bostiū Carmelitā Gandensem de laudibus & meritis gloriosissimi patriarchę Ioachī Elegiacū hecatostichon. S. Brant.

**N** Vm patiar semp Ioachīm venerabilis heros  
Te minus a cunctis/parcius atq; colit?  
Cū tot pūideam passim sine fine/recentes  
At novos sanctos: per loca stare sacra.  
Nullus in orbe locus/pagus ve/aut vicus agrestis  
Qui ppriū/atq; nouū non colat indigenā.  
Miror/& indignor pater o Ioachīme beate  
Cur tua tam tenui delubra ab igne calent?  
Queritur extremis heremi de finibus: atq;  
Rupibus ex Scythię/quē sibi quisq; colat.  
Mentio rara tui: tua notio parua: neglectus  
Vndiq;: nec digno cultus honore/iaces.  
Anna licet colitur genitrix veneranda Marię  
(Et merito) coniunx quę tibi chara fuit.  
Huic tamen inferior nulla ratione: minor ve  
Diceris o Ioachīm: posterior ve loco.  
Te genitore quidem/carnē tua filia cepit:  
Te patre nata simul diua maria fuit.  
Tu fons/materies/tu tanti seminis auctor:  
Plantator generis virginei: atq; sator.  
Principiū actiuū de te sumpsisse Mariam  
Nemo negat: de te semen & esse tenet.  
Te patre virgo parens: sacra te & diuina ppago  
Gaudet auo: gaudet coniugio Anna tuo



Cur igitur populus tua non solemnía/cultu  
Condigno celebret: miror/& indoleo.  
Qz nõ equali saltem cū coniuge honore  
Te colimus /prestantis o Ioachíme/ gemo.  
Virgínis inuenio nusq̃ cultū genitorem:  
Est honor inde minor virgo Maria tuus.  
Dedecus est puero/ignotos habuisse parentes:  
Gloria natoꝝ est fama decusq̃ patris:  
Haectenus at Ioachím nulla est veneratus in ara.  
Nulla etiã incoluit digna facella pater.  
Virgíneq̃q̃ parens natę: tantiq̃ nepotis  
Sanctus auus: sacro thure/& honore caret.  
Inuocat hunc nullus: nemo quoq̃ numen adorat  
Illius: ignorat gens ppe cuncta virū.  
Cum tñ eximía fuerit virtute: nec Anna  
Sanctitate minor: nec merito inferior.  
Quicquid enī sanctū: quicq̃d pietatis/in Anna  
Legimus: hoc Ioachím non caruisse putem.  
Nec minus hunc Ioachím diuino numine/lectū  
Crediderim/in patrē prorsus ab initio:  
Quam fuerit selecta parens venerabilis Anna/  
Matris ab eterno principioq̃/dei.  
Fecerit Anna licet miracula multa: colatur  
Et Ioachím: faciet plurima mira: scio.  
Tot donis/tot muneribus puentus/& auctus  
In celo & terris: ille quoq̃/vt illa fuit.  
Cur igitur non laudeť/veneretur/ametur/  
Et colitur Ioachím: laude & honore parí?  
Culpam? neq̃ enī: vicio aut dam⁹ hos: q̃bus Anna  
Femina sancta placet: qui sua festa colunt.



Quin hos cōplacitum christo/matriciq; sacrate  
Pręstare: & factū dicimus esse pium.  
Tristamur tñ/ęquales quoq; non Ioachimo  
Pręclaro laudes/gloriolamq; dari.  
Quosq; pares deus instituit/vita/meritisq;  
Hos non assimili cum pietate coli.  
Cūq; locū primū Christus: Materq; secundū  
Virtute/& meritis/laureolaq; tenent:  
Debeť Ioachim tibi tertius: inde quaternū  
Anna: sed ęquali seruat in arce/ gradum.  
Quę mare: quę tellus: quę sydera/& ęthra/polisq;  
Concınere Anna tibi carimına digna solent:  
Hęc quoq; iure/tuo ferimus/canimusq; marito:  
Hęc illi cęlum/& cuncta elemēta canunt.  
Nec minus ipse nepos Iesus/pręconia auita:  
Quam venerādę auię vult tribuisse suę.  
Proq; sui faciet tantundē Iesus amore  
(Credite) auī: quantū iussu auię/illic facit.  
Perpetuis igiť maneat ne abstrusa tenebris  
Virtus/vita/decus/gloria/sancta fides:  
Hinc temtanda fuit via pręsignis Ioachime  
Qua/tua tollat fama phennis/humi.  
At ppe (spero) diem toti manifestior orbi  
Vt fias: multis p̄ celebrisq; viris.  
Nunc etenī incipiūt cunctę clarescere plębi  
Facta sacra/& laudes o Ioachime tuę.  
Te colit ecce hodie Gandensis plurima turba:  
Fratrū Carmęli quā sacer ordo tenet.  
Te docti/sanctiq; patres: te vulgus honorat:  
Teq; puellarū sedula turma colit.



Qualis apud Græcos quondã tua gloria fulsit  
Quí tibi sacrarūt plurima tēpla quídem.  
Quēq; oriens primis cultū seruauit in annis  
Transeat occídúas nūc quoq; ad ecclesias.  
Est operē precíū templis modo habere latinis  
Quē coluere patrē delubra græca prius.  
Huc fratrū cōscripta cohors/cetusq; piorum  
Confluat: auxiliū poscat vt inde tuum.  
Quos ínter mínimū (placeat precor o) Ioachíme  
Esse velim: nomen dedíco iamq; meū.  
Fraternas acies duce te construximus: alas  
Bostius erexit: Brant data signa sequar.  
Sís modo carmínibus centū Ioachíme receptís  
Contentus: mediá scripsimus illa die.  
Postmodo cū dabitur maior (mihí crede) facultas:  
(Quē modo parua subest) scribere plura iuuat.  
Nempe ego quícūq; ero/donec mihí vita superstes  
Seruítio/obsequío &/sim/moriarq; tuo.  
Nec tamē ínterea cessabo extollere laudes:  
Virtutes: decus & mi Ioachíme tuum.  
Tu quoq; diue pater: natam exora/atq; nepotem:  
Vt merití consors sim Ioachíme tui.  
(Nāq; potes) neq; enim superís prex gratior vlla ē  
Quam cū filiola/quam facis/ísta. Vale.



# Ioachinus Hymn' Sap

phicus a Sebastiano Brant eodem die editus: &  
a Bostio cōcinendus.

**Q**uisquis exposcis coluisse Christum:  
Vel suę matri placuisse sacre:  
Excolias patrem Ioachim beatum:

Laudibus amplis.

Hoc sibi poscit veneranda virgo  
Munus exolui: precium referri.  
Ut suus digno genitor decore  
Concelebretur.

Ille p̄clarā genuit Mariam:  
Ille diuinū dedit & nepotem:  
Hic auus magni/pater &/tonantis  
Inclytus heros.

Huius in laudē/bona cōticescat  
Lingua nullius: modulos decoros  
Concinēs: hymnis/citharis/lyrisq̄  
Carmina promat.

Huc sacre muse p̄pius adeste:  
Castali fontes fluitent liquores:  
Assonet cętus/chorus & sororū  
Huic Ioachimo.

Pro tua poscas patriarcha plebe:  
Profer in cęlum Ioachime turbam:  
Quę tibi leto celebrat fauore  
Fęsta quotannis.

Ille qui longos latuit per annos  
Et fuit paucis Ioachimus aris



Cultus: emergat/ veneretur/ oret

Pro populo omni.

Fratribus multum Ioachime debes

Vrbe Gandensi: maris effluentis

Monte carmelo resident ad vndas.

Occiduas qui.

Bostius preco tuus & minister

Et prior fratrum: variis in oris

Excitat cunctos: Ioachimum laudent

Teq; colantq;

Ergo sis nobis Ioachime felix.

Mitis/ & clemens: capiasq; gratus

Vnius nostras operas diei.

Iamq; Valet.

Amen.

## Ioachina Panegyris cho

riambica. S. Brant.

**Q**uis dignis valeat carminibus loqui

Laudes forte tuas o Ioachim sacras?

Nullis quando quidem vocibus exprimam:

Quantum diue pater celicolis places.

Quis Christum dominum percolit optimum?

Et matrem generis virginei rosam?

Qui non & Ioachim diligit inclytum

Tantumq; ducum/ proliferum patrem?

Quis preclara parens Anna/ tibi decor

Aut tam magnus honor? ni Ioachim foret?

Illo patre quidem concipis intumens:



Et tantam genitrix filiolum parís.

Quis semen potuit fundere tuum sacrum?

Et quod perpetua sordis origine

Expers: labe carens: conciperet deam

Inmunem sceleris: num Ioachim fuit?

Quis/primus cecidit postquam homo/per nephas:

Oclusas potuit pandere ianuas:

Cælorumque fores? & dare liberam

Prolem criminibus? num Ioachim pater?

Quis post verbigenam virgine consutum:

Et matrem domini: Tercius/atrum

Cum consorte thori: proximus incolit

Cælorum: Ioachim num pater optimus?

Quis de christicolum qui populo: colet

Non hunc perpetuis obsequiis patrem?

Et laudes Ioachim concinere inclytas

Aeterno studeat carmine prosequi?

Quis nequo veteris criminis innocens

Et qui de patrio semine prodit

Intactus vicis: labe mala carens?

Num proles Ioachim? num sua filia?

Quis nobis miseris & trepidis reis

Imploret veniam/crimine consciis?

Quis Christum poterit flectere iudicem?

Num tam sanctus auus? num Ioachim sacer?



# Conclusio Joachime lau-

dis. Ex sotatico Sebastiani Brant.

**I**oachimū celebremus venerandum

Iubilis / & citharis / carminibusq̃.

Genitor nam genitricis benedictę

Meritis illius vt nos / precibusq̃

Valeamus patriam tangere dulcem :

Epulis cęlicolum confociari :

Capere & regna bonis pollicitata

Amen.

## Ad Jacobū Locher Phi-

lomusum : de digno q̃ tuor doctoꝝ ecclesię pre-  
conio : Elogiū Sebastiani brant.

**Q**modo doctores suauī modulamine pangis :

Dignū opus imprimis mi Phylomuse facis :

Qui non spurcidiā in Venerē : neq̃ vana iuuentę

Ad studia / extendis carmina & ingeniū.

Pręditem tribuit venā / tibi fausta Minerua :

Est nihil vnde mihi charior esse potes.

Pręsertim cū te studio indulgere probato :

Et videam sanctos concelebrare viros.

Dulcius hoc vno / mihi nec iucūdius : a te

Nec potuit quicq̃ gratius vsq̃ geri.

Ecclesię q̃ enī doctores carmine lustras :

Hinc tibi doctōrū nectis amore choros.

Hi sunt quadrupedes iuga qui phębeia vectant :

Bis binisq̃ rotis lampada Solis agunt.



Hęc sunt quę seruant animalia quatuor / Argi  
Plena oculis: sedem nocte dieq; dei.  
Quattuor irrigant paradysum / hęc flumina cūctū:  
Atq; implent campos fructibus omnigenis.  
Quicquid ab ingenio: potuit vel ab arte / vel vsu  
Profluere: his scatebris fluxit abunde sacris.  
O studium / o mores / o vita insignis / & omni  
Parte bona / & foelix: o veneranda cohors:  
Quis vestras laudes: preçonia digna: triūphos.  
Preçmia describet: munia vestra canet?  
Cornua vos summi / vos buccina clara tonantis:  
Altisonę cœli / vos vigilesq; tube:  
Efficite vt vestra prece / preçsidioq; paretur  
In terris bona pax: post pia fata quies.

**Ad diuū Aureliū Augu-**  
stinum. Sebastianus Brant.

**I**Am dudum libuit pater Augustine sacrate  
Carminibus laudes concelebrare tuas.  
Et volui fateor: sed multa negocia / nostras  
Hactenus infirmas detinuere manus.  
Nec tu diue pater: nostro modulamine / maior  
Efficiere: nec hoc carmine doctor eges.  
Nec tibi q̄ laudem sceleratus homūcio / forsan  
Ferre velim: grata est: te neq; digna cano.  
At cape quicquid id est: calamū quoq; dirige nrm  
Quo tibi condignū pficiatur opus.  
Aphrica te puerū tellus pduxit: ibiq;  
Sectatus studia es / litterulasq; bonas.



Quas deinde in patria docuisti: & in vrbe potēti  
Punica: mox Romā doctior vnus adis  
Grāmaticen primo: dehinc rhetore digna docebas.  
Tum Mediolanū per pia fata venis.  
Hic sacer antistes: venerabilis ille sacerdos  
Præsulis in solio p̄fuit Ambrosius.  
Qui te mellifluis sermonibus/atq; salubri  
Consilio: stabilem fecit in ire viam.  
Id tua quod genitrix meruit lachrymis precibusq;  
Te lucrī vt faceret/Monica sancta/d eo.  
Hęc te sollicitis curisq; animisq; sequuta  
Per mare/per terras/semina digna colī:  
Donec ad Ambrosii te præsulis ora reduxit:  
Flumine te sacro & mergier obtinuit.  
Dogmata mox linquis Manichęa pudēda: capisq;  
Veram/illibatam/catholicāq; fidem.  
In qua p̄fecit tua quantū industria: paruo  
Tempore: testatur/scripta decora/libri.  
Continuo mūdi pompas & inania vota  
Deseris: inquirens semp vbiq; deum.  
Cūq; tua Christū sequeris genitrice beata:  
Viuenti & normā fratribus instituis.  
Haftenus & durat/tua regula sancta/per orbē:  
Quam monachi/fratres/canoniciq; tenent.  
In patriā hinc crediens: mox presbiter auxiliaris:  
Præsul & Hippone factus es ecclesię.  
O quot mira illic opera/& pia dogmata scribens:  
Hereticis laqueos/frenaq; dura struis?  
Quotq; canes rabidos cōfundis/& ora latrantū/  
Qui sanctam/nisi sunt/lacerare fidem?



Vt merito de te (quisquis fuit ille virorū)  
Dixerit: in solo te recubare fidem.  
Tu sup̄ egregios lucas venerande magistros:  
Ceu solis sup̄at/ astra minora/ nitor.  
Doctorum caput es: lux & clarissima mundi:  
Atq; oculus p̄ quē cuncta videre licet.  
Quicqd ab ingenio potuit sublime parari:  
Hoc instar fontis p̄ tua scripta fluit.  
Frigilega hęc fauos diuino nectare plenos  
Fert apis: hinc nobis mella cupita fluunt.  
Credimus/ inq; dei positū nil lege/ probari:  
Quod te contingat diue latere pater.  
Tu fidei clypeus: virtutū exemplar: & omnis  
Doctrinę specimen: fulgida stella poli.  
Pręsulis officiū/ dū lustra p̄ octo/ dierū.  
Plenus agis: nullo fata timore subis.  
At tecū vt creuit lybicę deuotio gentis:  
Morte tua cecidit sic simul afra fides.  
Sed tua adhuc durat/ pater Augustine secūda  
Fama/ decus/ perpes gloria/ vita salus.  
Equora si penetrat Cyclops: latera ardua nec dum  
Tingens: oceanū si breuis vrna capit:  
Mirabor: sed si mortalia dicere corda  
Ausint principū/ viuere/ & esse dei:  
Mens stupet: horrescit ratio: pauet inscīa lingua:  
Credula vix ea res: difficilis sed erit.  
Quos ter quinq; igitur pater Augustine libellos  
Pręscripsi a trino: legimus vsq;: deo.  
Ex his sublimem te aquilā dixisse pigebit:  
(Aethera transcendunt nā tua scriptanimis)



Sed tibi / quicquid erit laudis summiq; volatus  
Algeri : his nostris versibus ecce damus.  
Nulla etiã anteferã : quęcunq; volumina : sancta  
Pagina vbiq; tenet vir venerande tuis.  
Impare nẽpe deos numero gaudere p̄basti :  
Orsus ab excelso : singula trina facis.  
Addo duas vrbes structas ab origine mundi :  
Vna Chain : fratris altera facta manu.  
Subdolus illam habitat : fraudis reus : improb<sup>9</sup> ois :  
Hanc pius / hanc simplex : pacificusq; / pudens :  
Illa luto torpet : viciis corrupta nefandis :  
Hęc delecta manet charaq; sponsa dei.  
Sed scelere implicitos manes petit illa pfundos :  
Hęc virtute micans ęthera leta tenet.  
Illa sinistrorsum / vel ad impia tartara tendit :  
Hęc dextro innitens calle : vireta subit.  
Haciter Elysiũ / puri duce fronde metalli :  
Illac ditis hiat pando vorago fatim.  
Hos ter sex libris discreuerat atq; quaternis  
Augustinus . opus forte magister agens.  
Falsa etiã excussit cautus figmenta deorũ :  
Confutans verbis dogmata stulta suis.  
Quoq; modo primũ regalis machina mundi  
Condita : nil falsis debeat illa deis.  
Improbat atq; viros tenuit quos error auitus :  
Spiritus partẽ qui tribuere malis.  
Vnius imperio regitur bene principis orbis :  
Nec fortuna graui nos premit arbitrio.  
Hęc & multa alias pater augustine / libellis  
Pro nostro explanas dogmate diue tuis.



Ex quibus vtilitas: morū lectori & honestas:

Iucundusq; labor crescit: amorq; tui.

Hinc nos diue precor: sancta prece/dirige: sūmo

Vt soli placeant pectora nostra deo.

## In laudem sanctissimi pa

tris Ambrosii. S.Brant.

**D**has erat Ambrosi pater o celeberrime: vitā/  
Virtutes/meritū me celebrare tuum.

Sed tibi quid canerem? diuo/puer/optime p̄sul

Non fuit ingenii p̄dita vena mei.

Consciū & scelerum non sum tibi idoneus auctor

Laus tua maior item: q̄ mihi posse loqui.

Quid tibi sancta fides pater o memorāde repēdet?

Quam/tua collustrant scripta decora/nimis.

Per te Cēsaribus viuendi norma beate

P̄scripta est: multis christicolisq; bonis

Plurima/nostra tuis debet veneranda libellis

Relligio: infractā q; facis esse fidem.

Hēretici exhorrent merito venerabile nomen

Ambrosii: quorum malleus ipse fuit.

Nec potuere quidē verbū mutare maligni

Illius ex scriptis dogmatibusq; viri.

Diuicias carpis/Nabutha sub Iezrahelita:

Turpiter occidit quē Iezabel/vel Achab.

Plurima habere cupit: qui possidet omnia diues.

Nēpe inopes reddit copia magna viros.

Vnde habeāt/cura est paucis sed oportet habere/

Per scelus atq; nephās: paup vbiq; iacet.



Hoc pater Ambrosius Nabuthę testat in vmbra/  
Quí pro rure suo/Rege volente cadit.  
Deinde sub Helię specie/ieiunia sacra  
Prędicat. abstineat q̄ bene quisq̄/docet.  
Que bona sobrietas: quales gula seua reatus:  
Ebrietasq̄ ferant/cū crapula/ipse docet.  
Abstinet Hęlyas: vnusq̄ adit astra: Ioannes.  
Esurit: & meruit tingere in amne deum.  
Ieiunans Moyses legem capit: idola adorat  
Ebria gens: epulo diues ad ima ruit.  
Misteriū hinc sacri fontisq̄ & initia ponit:  
Queq̄ illic fiant mystica cuncta docet.  
Et quanto potius/corpus venerabile: manna:  
Sanguis/ & a petrę flumine distet: habes.  
Hostia panis erat: species manet: & mō carnē:  
Et verum dñi corpus adesse scias.  
Improbe quid fidei tunicā: quasi sutilis hęc sit.  
Arry: sacrilego scindere dente iuuat.  
Esse aliquid patrē/quod nō sit filius eque  
Qz neq̄ consubstet de patre natus: ais.  
Deq̄ deo/genitūq̄ deum/de lumine lumen  
Credere dissimulans: dogmata falsa seris.  
Quid tutū a morsu poterit gens seua canino  
Esse tuo: si non filius ipse dei!  
Eternam verbi genesim cū tempore misces:  
Et male de Christi dicere carne soles.  
Qz natura patris: genitiq̄ sit vna/eadēq̄: &  
Pneumatis: heretico nequiter ore negas.  
Audi igitur quid te doceat pater ille beatus.  
Audi inquā tibi quid suadeat Ambrosius.



Incl̄yta vírgínitas q̄ munía digna meretur:  
Aemula q̄ Christi est/christifereq̄ comes.  
Illa replet meritis: & laude sua paradysum:  
Et per eam in terris víuitur angelice.  
Improbe quíd laceras sacrata a vírgine víttas?  
Et víolas sponsam: cōnubiūq̄ dei?  
Vno eodemq̄ modo raptū/incēstūq̄ nefandū  
Perfide adulteriū / sacrilegūq̄ facis.  
Quę te cō deceat penitentiā digna: beatus  
Te docet Ambrosius: fac sua scripta legas.  
Omnia p̄terea diuina opa: atq̄ labores  
Lector amice colas. illius oro patris.  
Longum etenī cunctos foret enumerasse libellos  
Ambrosiū: quorū copia magna patet.  
Hos tamen in primis p̄motus amore relegi  
Diue tuo: p̄ me posce deum: atq̄ Vale.

## Inuectiua contra mundi

delicias: p̄stantíssimo theologię p̄fessori Iohāni  
Geiler ex Keisersperg Argentíneñ. concionatori  
dedicata per S. Brant.

**M**Vnde tuis nūq̄ cultoribus esse fidelis  
Mortalesq̄ iugi fallere fraude solens:  
Munde nihil mundi/castī quoq̄ nil/vel honestī  
Semper habens. cunctis perfide amice: vale.  
Te tuus hospes ego línquā: ferus hostis ab omni  
Parte mihi fueras: insidiator atrox.  
Nulla mihi hospiciū seruasti iura: nec vsq̄  
Pręstiteras: spondes q̄ mihi sepe fidem.



Nec potis es: nam tu periturus tempore: firmi  
Eterniq; nihil/perpetui ve tenes.  
Omnia pmittis: vitā quoq; sepe phennem:  
Omnia vana facis/& caritura statu.  
Offers Sardinios risus:lachrymas crocodyli:  
Omnia vulpina fraude doloq; reple.  
O quotiens a te mihi gloria/vita/salusq;  
Diuicięq; leues pollicite/atq; decus:  
Omnia mentiris/fingis/fallisq; veneno  
Atq; linis fucō cuncta creata tuo.  
Plurima que sub sole patent/vidi/atq; reuidi:  
Et stabile/inueni prorsus in orbe nihil.  
Omnia cognoui/vana/irrita/stulta/caduca/  
Et labi in terras p̄tinus instar aque.  
Nil solidū/firmūq; nihil: durabile paruo est  
Tempore/quicqd habes:hoc breuis hora rapit  
Prestes multa licet: pecora/aurū/iugera/natos:  
Coniugiū/& quicqd stulta libido cupit.  
Plus tamen in cunctis Aloe/quā melle/redūdas:  
Ingeris & letis tristia multa tuis.  
Esto etiā extremā faueas licet vsq; sub horā:  
Prosequere in cunctis: desq; cupita licet:  
Num cras/siue hodie: seu iam: citius vel abibo?  
Cū volet ille/mihi qui dedit esse deus.  
Esto etiā viuā: videam quoq; Nestoris annos:  
Aut vatis stygiū qua duce pandis iter:  
Vna tamen cunctis lex/esse homini moriendū:  
Tardius/aut citius mors q; statuta venit.  
Iccirco q; refert modicū: moriar vel in anno  
Vel post mille etiā: mors quia semp adest



Quodq; diu nobis tempus: vixisse putamus:  
Instar momenti præterit/atq; fluit.  
Quid vero prodest: oculi exultasse subiectum?  
Dehinc capere in penís tempora longa malis?  
Quantula p̄ tantis cruciatibus (oro) rependis  
Iucunda? hæc pereunt: perpetuo illa manent.  
Cūq; abeam: quã (posco) diu tamen vlla sequet̃  
Mentio de nobis? quis mea fata gemet?  
Nimirũ fratres: cognataq; turba nepotes:  
Lugebitq; vxor: ne redeamq; timent.  
Atq; ideo imponent saxũ mihi grande sepulto:  
Ne facile exurgat putre cadauer humo.  
Proq; meis faciẽt p̄iuria multa relictis:  
Iurgia: cū furtis: cędibus: atq; probris.  
Vix mihi vile etiã / lacerũq; & inane relinquent  
Indusũ: quo cū corpora nuda tegam.  
Purpureo ex capulo / imponarq; beatulus / vrna  
Que casiam / & myrrham / balsama / stacten olet.  
Puniceí flores: rosa / lilia rubra / sepulto  
Spargant: crocus & rosmaris atq; thymũ:  
Hos p̄pter ne graues allectus noster odores  
Spiritus: ex erebi sede redire queat.  
Apponant mihi cuncta licet: scythicoq; sepulchro  
Contumulent: fletu Memnonidũq; gemant.  
Effundant lachrymas quales phætontia turba:  
Inoo asciscant seu sibi more necem:  
Pyramidí imponãt si me: vel Mausoleo:  
Dent pompas quales Marcia prata dabant:  
Proderit hoc quid enim mihi: si mala vita pacta  
Forſitan ad stygios fecerit ire lares?



Tum mihi cuncta: puto q̄ nūc p̄ciosa: nocebunt:  
Pauperis ah vellem tum tenuisse statum.  
Tum vellem/in vita rebus caruisse iocundis:  
Et letis: mundi fortuit scq̄ bonis.  
Nemo redire dabit: flagris me dira fateri  
Vera iubet: qua tiens tisiPHONE angue graui.  
Portitor atq̄ vehens p̄ non redeunda fluenta  
Questori sistet: mox scelera ille leget.  
Ille etiā furiis/tortoribus & stygis e heu  
Me miserū tradens: soluere cuncta iubet.  
Verbera ferte inquit sibi tot/plagasq̄ cruentas:  
Quotquot delicias: letaq̄ vana tulit.  
O mūde in felix: erebo miserandior: ah tum  
Quod dabis auxiliū? quod mihi p̄sidiū.  
Quid tua tum p̄missa valent? tua dulcia verba?  
Et spes: qua cunctos decipis: atq̄ tenes?  
An non egregia hec tua munera munde cupiscā?  
Proq̄ illis paciar p̄petuo esse miser?  
Heu pereat quisq̄/mūdi tibi nomen ineptum/  
Indidit: in mūda sorde/lutoq̄ scates.  
Appage/cēde/vale/fugias/pergasq̄/abeasq̄/  
I procul: illecebras horreo nempe tuas,  
Te fugiam/linquā/dimittam/& deserā/ ab omni  
Parte: ita me superi/me deus ipse iuuēt.  
Quin potius/semperq̄ velim pater optime: solū  
Te colere: & solū te bone christe sequi.  
Adsis o deus alme fauens: moriar; quoq̄ mūdo  
Vt solū viuam/ tempus in omne/tibi.



# Apoltrophā ad doctore

keyfersperg. S. Brant.

Cum tua tangat opus p̄ns studia/atq; laborē  
Hinc titulo assigno id / nominibusq; tuis.  
Tu mihi p̄ceptor: mihi tu pater atq; magister:  
Tu patrię nostrę gloria/fama/decor.  
Te doctore/parens nostra Argētina/relucet  
Hactenus: & felix teq; beata viget.  
Declamare soles / tua verba salubria / discit  
Plurima honestoꝝ / christicolūq; cohors.  
Concio te plebis sequitur: tibi nomina ab inde  
Fausta tenes: plebis tu pater atq; salus.  
Proinde tibi tribuat vitā deus optimus illam:  
Quā populū cunctū verbo / opere atq; doces.

## De clementia piūssimi pa- tris in receptione filii prodigi. S. Brant.

**Q**ui genus attendit / longa in regione / p̄fectū  
Humanū: extorre filiolumq; leuem:  
Lectio quę nobis christiq; parabola monstrat  
Prodiga quę pueri probra / nephasq; canit/  
Inueniet quorsum p̄ducatur seua voluptas:  
Et quid luxuries seruet iniqua mali.  
Inueniet quantū sit linquere rura paterna:  
Natalemq; domū: seu peregre ire procul.  
Comperiet rursum pietas q̄ magna paterna:  
Et q̄ filioli sit pater ille bonus.



In te reuertentis iniret. reducensq; receptat.

Perducitq; domū: festaq; leta facit.

Aurū etiā dygitos: corpus stola candida vestit:

Nec patitur nudos illius esse pedes.

Quid plura accumulē? fuerat qui perditus olim.

Prodīgus/atq; malus/ac scelere implicitus:

Nec qui dignus erat/celumq; patrēq; videre:

Esse tamen cepit charus vt ante fuit.

Postq̄ penituit: postq̄ sua crimina fleuit:

Seq̄ reum agnouit: dignus habere patrem.

Qui ppere occurrat: qui chara det oscula nato:

Gaudeat & puerū iam rediisse suum.

Hinc tibi summe pater/tibi laus/tibi gloria soli:

Qui reduci clausas non sinis esse fores.

## Collatio diui Conradi cū

beato Vdalrico. Sebastianus Brant.

Quandoquidem o frater/scripturā cōuenit omnē

Rimari: a trino quę bene scripta deo.!

Inuenimus patrem p se/sine temporis ortu

Substantem/ingenitū/principioq; sine.



Is tibi ab eterno/atq; ante oīa secula: natum

Aequalem generās: quo sibi cōplacuit.

Exq; deo genitus deus est: de lumine/lumen

Prodit: ab utroq; spiritus ipse fluit.

Est nati genitor pater: at processit ab illis

Vno/eodem flatu /spiritus ille sacer.

Principiis non diuisis/sed principio vno:

Inmenso: equali/ perpetuoq; manens

Nil minus est: maiusq; nihil: tribus vna/eadēq;

Maiestas/deitas/gloria/vita/decus.

Filius est alius/licet a patre: spiritus atq;

Non aliud quicq; est/illem/vel ille tamen.

Et qualis genitor/talis cū pneumate/natus:

Quisq; horū eternus: quilibet oīpotens.

In patre filius est: pater in nato & veneratur:

E quibus egreditur flamine/pneuma sacrum.

Quicquid agit genitus/totū est operatio patris:

Fecit & in nato cuncta creata pater.

Iudiciū omne dedit: nato pater: ille futurus

Lustrabit censor secula in igne graui.

## **Diui vdalrici responsio.**

Verū ais optime vir: seu te fratrem ve/patrem ve

Dicere collibeat: grandia cuncta refers.

A nullo pater est factus/genitusve creatus:

Filius a solo sed patre progenitus.

Spiritus a solo nec nato /aut patre creatus:

Nec genitus: pdit verū ab utroq; simul.

Nemo patrem vidit nisi quantū se manifestans:

Contestata sua gloria voce patet.



Filius humana lustrans sub imagine mundū:  
Vísus & in terris crimina nostra lauans.  
Mensibus exactis cōclusus vírginis aluo:  
Claudere quē cęli / sphęraq; nulla potest.  
Et deus hanc fragilē carnē sibi sūpsit: in vno  
Corpore verus homo / cum deitate latet.  
Hoc solo inferior patre / quo caro nostra coheret:  
Cętera cōsimili cū patre lege tenet.  
Quin & p nostra morte tulit ille salute:  
Post tríduū exurgens: regna paterna petit.  
Spiritus in specie vísus fuit ipse colūbe  
Tingeret in flumen qñ mínisthererū.  
Isq; paracletus cęlo delapsus ab alto:  
Verticibus residens flāmea lingua fuit.  
Personis tribus his deitas dístincta: sed vnus  
Est deus: & prius est / posteriusq; nihil.

## Ad sepulchrum domini

cū in Maguntia per dominum Emchonē Breithart canonicū erectū epigrāma S. Brant.

Aspice sarcophagū tumuli / mansuete viator  
Quisquis adis: placuit cōdere nup eum.  
Cędite cuncta velim mortalia corpora / longe  
Cędite: non vobis cōgruit iste locus.  
Immortale opus est: soliq; deo fabrefactū:  
Exanimi / hęc seruant marmora / mēbra dei.  
Sic fieri effecit / Breithart cognominis / Emcho.  
Huius canonicus dū foret ecclesię.



Cui pater omnipotens: nati p' vulnera/confer

Viuat apud superos post sua fata precor.

Is memorans christi/mortēq; crucēq;/sepulti

Hęc monumenta deo struxerat athanatho.

## Ad sepulchrū beate Christi

stiane prope Basileam S. Brant.

Postea qm meritis plena est tua vita probatis

Christiana/o christi sponsa decora nimis:

Huc vel ab extremis/socias comitata/Britannis

Te Basilega rapit: nunc locus ille tenet.

Vrsula te portum Rhēni subitura/reliquit.

Martyrium petiit Sancta virago suum.

Hanc iaculo Gotthi manus impia morte peremit:

Vulnere non tactam te pia fata vocant.

Præripuit quia nā morbus te diua puella.

Martyr es ergo animo/digna q; laureola.

Indomitęq; iugum pro te subiere iuuenę:

Ad montis donec te iuga pertulerant.

Non locus alter erat tanta te virgine dignus:

Quā locus hic heremi: quā loca lecta tibi.

Alta fuit sponso cōiunctaq; mens tibi christo:

Alta igitur montis saxa sepulta tenes.

Virginis instar habes Arabū q̄ collis inumbrat:

Monte super Synai quę Katherina cubat:

Qz nec Alexandri dignum seruariet vrbe:

Sic neq; digna quidem te Basilea fuit.

Scilicet assimilem deus ex hoc virginitatem

Indicio monstrans/illius/atq; tuam.



Vtraq; sed mensam/thalamos vel adire deoꝝ  
O secura nimis/o nimiumq; potens.  
Milia quę comitum fuerant vndena tuarū:  
Iam tibi colludunt gramine in Elyseo.  
More puellarū legitisq; hyacinthina ferta:  
Cunq; croco/nardum/liliaq;/ & violas.  
Iam pater omnipotens nectar tibi dulce ministrat:  
Et simul Ambrosiam/grata alimenta deum.  
Iamq; agnū comitaris eū/quē candida vestit  
Palla: suo sparsa sanguine purpureo.  
Ut vitæ fueras: sic nominis æmula christi:  
Sic quoq; cū sponso/sponsa beata cubas.  
Dicere te sanctam/si non licet optima virgo:  
Foelicem modo te/christicolamq; vocem.  
Te fortunatā/patriisq; sororibus æquam  
Crediderim: palma/laureolaq; parem.  
Nil tibi deest: nisi pontificis manus/atq; volūtas:  
Cætera dona tenes:cætera mira facis.  
Scit tamen & patitur sedes te sancta/beatam:  
Nomen abest: virtus/& decor omnis adest.  
Sis tamen o (quicquid deus & pia fata fauebūt)  
Dum memor & nostri candida virgo) Vale.



# Vita diui Germani abba-

tis Grandisualensis atq; martyr: insignis p S. B.

Eraclio quondam sub Cesare: nobilis heros

Optardus/Treuirū sanguine cretus erat.

Qui vitę & morum/tanto splendore nitebat:

Vt sua floreret fama decora nimis.

Germani clarus genitor fuit ille beati:

De radice bona/flos bonus ortus erat.

Tempore quo francis dagobertus rex venerandus

Pręfuit:Austerię & gallica scęptra gerens.

Optomarus frater Germani/regis in aula

Primus erat:regi charior atq; suo.

Mundanis eteni rebusq; & militis vsu

Clarior hic cunctis/nobiliorq; fuit.

Alter item iunior frater quoq; Numerianus

Germani: monachus postea factus erat.

Sed Germanus/adhuc puer/addictus Modoaldo

Qui Treuirū pręsul relligiosus erat.

Quem penes imbutus studiis/rebusq; pbatıs:

Litterulis doctus/moribus atq; fuit:

Vsq; adeo vt magnam/de se daret/indolis ample:

Et vitę cunctis indicium ille bonę.

Omnibus iccirco Germanus charus habet:

Quando ope & verbis viueret angelicis.

Cunq; decem & septem puer euasisset in annos:

Linquere mundanas cogitat illecebras.

Hinc venia obtenta patris insignis Modoaldi:

Pauperibus sparsit grande patrimonium.

Atq; heremum affectu/leta quoq; mente petendo:

Cum sociis patriam liquerat ille tribus. K. i.



Audierat sed enī patrē Arnolphū esse beatum

Ad suęuos: Horenbergi nemore/atq; heremo.  
Hunc adit: atq; ab eo letus monachi diadema

Suscipit: indutus mox habitusq; sacro.  
Inde monasteriū Rhomarici in mōtibus altis  
(Castellū vulgus quod vocat) ingreditur.

Deinde accersiri fratrem quoq; Numerianū  
Pręcipit: e puero hoc/tū monachū ille facit.

Cūq; illo / & sociis / comite & sancto Chumiano  
Postea Luxouii claustra vetusta subit.

Waltbertus / bonus huic abbas / de gente sycābra  
Virtute / & meritis pręfuit eximiis.

Ille sacerdotē Germanū fecit: & inde  
Aucta fuit fratrum / plurima turba / loco.

Gundonius terre illustris princeps fuit huius:  
Pro monachis habuit qui loca multa heremi.

Waltbertū rogat is / fratres sibi deputet: illic  
Obsequiū pręstent qui famulando deo.

Hic ppere accedens: loca concaua vallis amęneq;  
Saxa inter reperit grandia: opima tamen:

Hic vbi iurassi latus vnū / e rupibus altis  
Prominet: & grandia prędia valle patent.

Leucis quinq; fere distat locus a Basilea:  
Milibus a Solodro passibus vrbe decem.

Waltbertus pater / huc Germanū misit / & illum  
Abbatē monachis pluribus instituit.

Quilicet inuitus regimē capit / atq; laborē /  
Pręsidis: abbati mox sed obedit ei.

Proq; monasterio villas / lapidosa q; rura  
Gundonius / montes cū nemore exhibuit:

Difficilem introitū montis Germanus apertum



Et geminas portas parte ab vtraq; facit.  
Cernitur vsq; hodie/patefacta p ardua saxa  
Per scopulū / & petras / mirificam esse viam.  
Quam mediū gurges interfecat: inde per ima  
Vallis/ad oppidulū defluit vnda Delī.  
Scilicet ad leucę spacīū distare Delemon:  
Constat: & hinc arcto tramite Byrsa fluit.  
Tum demū enituit virtus/deuotio/feruor  
Germani: & superū cultus/amorq; dei.  
Nam monachis sanctam / ieiuna mente / aīoq;  
Viūendi normā / peruigil ipse dedit.  
In prece continuus fuit / inq; labore fidelis:  
Doctrina excellens: atq; opere assiduus.  
Nec contenta fuit sua sollicitudo labore  
Grandisuallensis solius ecclesię:  
Quin Vrsicini fratres quoq; / tum sine patre/  
Cum Verdunensi rexerat ille domo.  
Gundoniū interea fato concedere duro  
Contigit: & mortē dux venerandus obit.  
Inq; sua Cathicus successit sede tyrannus  
Atq; cathalmū dus dux malus atq; ferus.  
Hi populū & villas premere: & reuocare volentes:  
Gundonius dederat quos prius ecclesię.  
Multimodis illos clade afflixere cruenta/  
Nequiter imponūt his graue seruitiū.  
Inmanes q; alemānoꝝ gentesq; ferasq;  
In socios prædę / sacrilegi q; vocant.  
Irrūpunt vallem / miseros capiuntq; trucidant:  
Christicolas pecudū more / modoq; necant.  
Alter enī a Sorne prupit valle Cathelmund.  
Fons vbi taxfelden p iuga sūma ruit. k.ii.



Alter ab aurora Cathicus cū milite seuo/  
Barbaricæq; manu / vallis ad ima cadit.  
At pater ille facer libertatēq; hoiesq;  
Conseruare studens. fletq; doletq; nimis.  
Preposito assumpto secū quoq; Randoaldo:  
Pergit vbi Cathicū / vir bonus / inueniat.  
Ille quidem ad spaciū leuce degebat / ab inde:  
Rennendorff pagū depopulatq; suum.  
Quem mox cōtuitus: inimice dei q; hominūq;  
Sanctus ait: nostrā quid premis ecclesiam?  
Curq; monasteriū manibus quod struximus istis  
Destruere / & sede tu violare studes?  
Christicolos cur non / dux o maledicte / vereris  
Maclare: atq; meos nō trucidare times?  
Crede mihi / tanget te mox vindicta tonantis:  
Atq; tuos: pēnas p scelere ipse lues.  
Postulat at Cathicus veniā p crimine: & illi  
Factorū simulat se satis: atq; deo.  
Cunq; fidem Cathicus voluit pmittere: eiq;  
Ferre manū: indignū sanctus abire iubet.  
Mauriciū solus mansit Germanus in eade.  
Cum socio: Cathicus / & Comes alter abit:  
Nec tamē interea cedes / vallisq; rapinæ  
Cessarunt: flagrant vndiq; ab igne domus.  
Iccirco cū voce / manus ad sydera tendens  
Germanus: largis fletibus ingemuit.  
Ne sileas inquit dñe: en gens barbara nostros  
Destructura domos: nos sup ecce ruit.  
Cūq; monasteriū repetit / gens demone plena  
Insequitur: clamans vocibus horrifonis:  
Aggressiq; virū sanctū / sociūq; trucidant:



Perfossos ornant cuspide martyrio.  
Nona sacer Marci passus Germane kalendis:  
Qui petri est/cathedram pximus ante/dies.  
Nunc epilepsie: podagre: arteticęq; mederis:  
Plurima & in Granualt magna q; mira facis.

## Hymnus i laudē beati Ger

mani Choriambicus. S. Brant.

Abbatē recinant nostra piissimum:  
Germanū referant carmina martyre:  
Quem Granualt celebri valle reconditum  
Inter celsa colit culmina montium.  
Cui natale solum nobile Belegicū:  
Ex claro Treuirum sanguine ciuium.  
Oprardo q; satus de patre splendido  
Tam dignus puer/& perplacitus deo.  
Qui mundi studium/vanaq; gaudia:  
Sęcli diuitias: atria principum:  
Linquens illecebras: regnaq; terrea:  
Tota mente deum quęrit/amat/colit.  
Waltbertus monachū suscipit hunc pater:  
Et mox Gundoino tradit eum duci.  
Vt multos heremi colligat incolas.  
Sed mortis Cathicus causa malus fuit.  
Pro quo christe tibi laus/decus/& salus:  
Qui per sancta viri/mira/precamina  
Germani/miseris supplicibus facis.  
Sit cū patre/sacro gloria flaminī. Amen.

## De sancto Ciriaco diacone

& martyre hymnus S. Brant.



Magna diuini rutilat potestas  
Nominis: testes fidei sacratę  
Martyres legit sibi/militesq;  
Dum venerandos.

Cum quibus seuos voluit tyrannos:  
Et feros hostes fidei fugare:  
Dira confundens per eos maligni  
Dęmonis arma.

Principem: contra faciunt duellum  
Sęculi: cuius superant cruentos  
Impetus: bellis acies refringunt  
Hostis iniqui.

Hos deus palmas/hederas/coronas  
Laureas fecit/duce se/referre:  
Subsequi christum patriam in cupitā:  
Hoste subacto.

Nec modo fraudes/dedit his/dolosq;  
Vincere occultos: laqueosq; seui  
Dęmonis: verum procul hinc ferocem  
Pellere prorsus.

Id quod insignis Ciriace martyr  
Indicas: qui dum fueras diacon:  
Nobilis Romę bonus atq; ciuis.  
Stemmata spernis.

Et pium christū sequeris. crucemq;  
Illius tollis: datur hinc facultas  
Dęmones longe tibi persequendi/&  
Suppeditare.

Liberas primū Dioclociani  
Filiam: dęmon tenuit ferus quā:



Quē prius: nemo potuit mouere:

Dīue fugabas.

Consecras illam domino benigno

Virginem sponsam: maledictus olim

Quā sibi dēmon rapuit ligatam/

Tempore longo.

Mox tamen dēmon pfugus/ nefandū

Crimen exorsus: Saporis subintrat

Filiam regis: per eam q̄ clamat

Horrisono ore.

Nemo me prorsus queat effugare:

Nemini cēdam: Ciriacus adsit

Ni facer: solus Ciriacus/ hinc me

Pellet abactum.

Queritur terras igitur per omnes

Vadat vt persas Ciriacus oras:

Liberet regis veniens puellam/

Dēmone tanto.

Applicat Persas bonus is pater dum

Intonat dēmon: bene quā venis tu:

An satis fessum Ciriace tandē

Te quoq̄ feci!

Num prius dixi tibi: si repellas

Vrbe me thraci/ danaisq̄ terris:

Velle te longū p̄ iter ciere/ ad

Regna remota?

Contice dēmon furibunde: sanctus

Infit: exito ppere/ & relinquo

Virginē: mandat tibi christus: exi:

Protēnus exi.

Dēmon abscedens gemitu frementi.



Dentibus frendens: grauioreſ inquit  
Mox dabis penas Ciriace / Romam  
Sanguine ſparges.

Attamen Romam rediens / relicto  
Rege perfarū Ciriacus: illic  
Filius ſcui Dioclociani hunc  
Carcere pegit.

Illitū preſes pice: mox retendens  
Affligi neruis iubet in cataſta:  
Atq; cum Largo / ſocio & Smaragdo  
Guttore plecti.

In via paſſus fuit hoſtiēſi  
Septimo forſan lapide / hec ab vrbe  
Diſtat: Auguſti celebratur Idus  
Sexta beato.

Inclytū ſeruat caput hui⁹ / Altdorff  
Qui vetus pagus / lapidē ad q̄ternū  
Adiacens vrbi Tribotū: facitq; hic  
Mira relatu.

Demone obſeſſos Ciriace cunctos  
Liberas illic: redeunt ſoluti  
Qui prius pondus nimis attulerunt  
Grande / ſerumq;.

Veſtualos inter / tua mēbra dicūt  
Certa ſeruari / Rodienſe vico  
Oppido diſtat modicis ab Olpe  
Paſſibus iſ qui.

Labe nos ergo Cyriace ab omni  
Ex pia: ſanctis precibus repellas  
A tuis longe famulis precamur  
Dēmonis arma.



Quærela paupertatis regis.

Præpetibus plantis ceruū mihi nulla remittit.

Sylua: pererrat item nec mea rura lepus.

Venatorē a deo fallunt hoiesq; feręq;

Nec canibus nostris inguīa rumpit aper.

Nec fluuialis anas: nec perdix gloria mensę:

Nec q̄ ficus alit: nec mihi turdus adest.

Sintq; niues q̄uis: q̄uis sint frigora rhēni.

Nostra tamē quęuis retia vitat auis:

Quę cū ita sint/carnes satis est p̄stare ferinas.

Quas mihi securis ceperat absq; cane.

Si tamē interea regem fortuna iuuabit.

Fors cadet in laqueū præda capita suum.

Carminibus solis polyphemus triuit amorē:

At galathea sui gloria amoris erat.

Oblectauit item totiens sua phystula pana:

Dum fugit amplexus nymphea Syringa suos:

Spe minor atrides tot circū menia troię

Forcia castra locat/spes neq; vana fuit.

Carmina sunt regi numero q̄ gramina vincunt:

Est q; sonora sibi phystula: spesq; frequens.

Carmina/vel calamus/vel spes sua regna tuentur:

Quęq; tribus fuerat gloria: solus habet.

Inferior tamen his: si spe frustratus abibit.

Spe rex viuo quidē: fors licet inuideat

Cū regē fortuna potes fecisse poetam:

Non tamē efficies rex sit vt ille diu:

Nec variare potes: vt post tua numina: nymphe

Pierides abeant castalidesq; deę:

Oīa cū demes: forsā tamen ille manebo.

Pauperibus vates: paup vt ante fui. l.i.



# Ad accuratissimū medicū

narum doctorem Georgiū oluierii: Serenissimi  
dñi nostri regis Romanoꝝ physicum: de admi-  
randa quadam vermiū & sanguinis scaturigine  
nobilis cuiusdā matronę domie Anne de Endin-  
gen/vxor̄is validi Ludouici Sturm Argentineñ.  
elegiaca percunctatio Sebastiani Brant.

**D**Hylice quisq̄s ades: dic si fors noueris vllam  
Naturę causam quę satis esse queat:  
Quo factū hoc aliqua saltem ratione patenti  
Quod sequitur monstres/ingenio ve pbes?  
Femina apud tribotes/bene nobilis/atq; marita:  
Vermibus horrendis/sanguinibusq; scatet.  
Illa quidem passa est anno iam circiter octo  
Grande doloris onus: pharmaca multa p̄bans:  
Sed tamē incassum: nec enī sanguis ve/dolor ve  
Cessarunt: vteri cū crepitu horrifono .  
Ventris enī interdum sonitus/denis bis/ab ipsa  
Passibus auditus: murmuris instar erat.  
Vnde verecūda hęc mulier /plerūq; coacta est  
De turba fugere/& męsta redire domū.  
Proximus (vt fama est) nō dū transfluxerat annus  
Cum p̄pe mille libras sanguinis euomuit:  
Plus etiā q̄ mille quidem cū sanguine vermes:  
Ore suo eiecit/lumbriculisq; pares.  
Hos taceo innumeros si quos medicina resoluit  
Viq; sua fregit/cōminuitq; frequens.



Nec tamen ínterea faciétenus illa colorem  
Mutauit: validi corporis atq; statum  
Quin eadem virtus: nisi bis vomuisset/eodem  
Forte die libras sanguinis illa decem.  
Physice dic ígitur: vnde hí vermesq;/cruorq;  
Prouenit: & cur nõ exeat inferius!  
Nam tua scripta: libris bis denís sanguinis/vna  
Emissis: hoíem víuere posse negant:  
Ter centū vícibus libras tris illa profudit:  
Et modo víuit adhuc sanguine plena scatens.  
Prætereo assíduas q̄s passa est phlębothomas  
Tam crebras: vt vix credere & ípse queam.  
Quinquagíta etenĩ vícibus/per solius anni  
Tempora: cõscissa est vena repleta sibi:  
Q; si forte aliquo dilata est phlębothomía  
Tempore: sponte sua/rapta Saphena fluít:  
Menstrua sed taceo ppe quottidiana: cruorē  
Hunc quoq; quem egressit ventre leuata grauí.  
Nec fors credideris hanc indulgere lyęo:  
Aut crapulę vt studeat/inmodicęq; gulę:  
Quin potu atq; cibo/tam parca/adeoq; modesta  
Vt nihil hanc dicas sumere/siue parū.  
Nam datur a medicis cibus híc dūtaxat eidē:  
Qui generat chymū procreet atq; bonū.  
Et qui cõseruet fragile a putredine corpus  
Nec saniē excresci/vermículosq; sinat.  
Quo fit: vt ínter tot/iam milía monstra reuísá  
Hoc quoq; portenti credimus esse loco.  
Infantem quía nā gemínū natura creare:  
Et duplicē potis est hęc generare suem.



Attamen humano de corpore/sanguinis vndas.  
Effluere: impleri totq; cruore cados:  
Tot quoq; Cantharides/seu vermes/nascier vno  
Corpore femineo: pdigiū esse reor:  
Nulla equidē natura solet tam tetrica/vermes  
Tot facere innumeros: sanguineosve lacus.  
Vt plane affirmē: fugit omnes causa peritos:  
Et latet illius fons & origo mali.  
Nempe hoc phēbigenē podalyrius atq; Machaon  
Pestiferū morbi pręterire genus.  
Nec Galenus item/princepsq; Auicenna/medelā  
Huic pręscripserunt: hippocratesq; malo.  
Linqūtū iccirco dubiū/medicisq; pbandū.  
Quid sibi tot vermes: quid cruor ille velit?  
Quoq; loco sanguis tantū ruat? vnde creetur  
Materia hęc putris/casta p ora/fluens?  
Nutriat hanc quid enī matronā/alat atq; cruoris  
Profluuio in tanto: viuat & vnde tamen?  
Hęc tibi pstantis doctrine/artisq;/Georgi  
Doctōr olyueri/scribere complacuit.  
Carmīna pceptor subito pro tempore scripta  
Suscipe (cruda licet) sint tibi grata velim.  
Tu mihi materiam scribendi nēpe dedisti.  
Proq; tuo/hęc scripsi carmina/amore. Vale.  
Tu mihi: testis eris quantū labor ille cucurrit.  
Et q̄ veloci sint ea scripta manu:  
Interea felix cū rege/ & principe nostro  
Romano valeas: secula fausta videns.  
Amen..



De armis & insignibus no-  
bilis familie d' Rotperg elo-  
gium. Sebastiani Brant.

Rotperg clara tuę gentis descripsimus arma: |  
Arma pelectronio digna ferenda viro.

**Q**uem iuuat o diue iucundo extollere cantu  
Castalides: dignū cōmemorate virum?  
Dicite Io muse: fidibus resonate canoris:  
Et sinite Aonio vertice flumen eat.  
Efficite vt celebrem scutum hoc: insigne decorū:  
Cornua phębeę lampadis instar habens.  
Aegidī & assimilis Tritonidos: vndiq; totus  
Candidior pario marmote campus adest.  
Cereus obliquo hunc trames mediotenus ornat:  
Ceu decorant niueas aurea tecta domos.  
Cernimus hoc clypeo geminos splendore colores  
Quos natura / sua ducit ab arte / parens.  
Aurī pallor inest medio: circūq; niualis  
Candor: habēs rutilū & Sphęra serena globum  
Quo fit: noctilucam / nō ab re hanc dicere / peltam:  
Fundit enī radios gens ea / prole virū.  
Et patriū illustrat Rotperg stirps inclyta rhēnū:  
Ac velut astra inter luna minora micat.  
Nobilitas aliis obscura / & noctis in vmbra:  
Quos inter / Rotperg splendida luna patet.



Adde super galeam: complentis cornua lunę  
Cęrula: crescentes hoc notat ecce viros.  
Cornua bina quidem tergū vertentia tergo:  
Quę medio findit tramite temo niger:  
Virtutē ostendunt cōiunctam laudibus altis:  
Quoq; modo vincitū sit pietate genus.  
Hęreat atq; vtinā per sęcula longa/per euum  
Et fortuna domus/fama/dęcusq; velim.  
Et qui nascentur iungant sua terga vicissim:  
Quo facilem hostilem vimq; dolumq; ferant.  
Mitis Adelberus dux/auctor/gloria gentis  
Rotperg: Nestoreos transeat/oro/dies.  
Calliope/hunc patrię sat erit dixisse parentē.  
Ergo age & ad sacrū nuncheliconā redi.

## Canon muteti ex clipeo

Rotperg.

Noctilucam recubās exurge age respice peltā.  
Par somno labor hic/orfusq; parypatomeson  
Sed fuge stare loco sursum versumq; deorsum:  
Perstrepe: maternā tandē reuolutus in aluum:  
Instar & in mediis statio cursusq; vicissim  
Sit duce trytedieugmenō cornibus arquīs.  
Sed cōpleta tñ luna: e q̄drante trientē:  
Semissemq; dabit: dū luxq; vigorq; super sit.



# Ad prestantissimū diuina

rum humanarūq; rerū interpretē doctōrē Ioan-  
nem de Lapide Chartulianū: in logicā p̄ eundē  
explanatā Elegia cōmendaticia S. Brant.

**Q** Vi cupit aut veri / falsi ve indagine: nodos  
Soluere fallacis subdoli & ingenii:  
Hanc sibi p̄cipue logicā disponat: & illa:  
Vera cito ex falsis sedulus inueniet.  
Illa modum tradit discendi iter atq; docendi:  
Sola quidē omnibus est artibus illa parens.  
Quę bona vel mala sint: hac indice cernimus apte:  
Simus in officio / aut qualibet arte / licet.  
Hęc doctrina senes: pueros docet: atq; iuuentam:  
Hęc docet ex omni conditione viros:  
Hanc Lapidane pater dum foelix Parisiorū  
Gymnasium incoleres: doctōr amate paras:  
In qua virtutē explanas logicęq; medullam:  
Vsq; adeo vt facilis / te duce facta / patet.  
Tempora multa bonis illic studiisq; probatis  
Triuisti: insigni p̄fuerasq; scholę:  
Sed tibi plus placuit christi schola / dogma salutis  
Sectatus: linquis dogmata vana scholę.  
Tu logicam explodis quam non mediocriter olim  
Callebas: p̄sens quod liber iste docet.  
Spreuisti & pompas quas sepe theologus alter  
Querit: & in crassis pinguia multa malis.  
Quas tibi p̄bendas plures fortuna secunda  
Obtulit: has temnis / & bona cuncta soli.



Tu sinis artífistas q̄ inania murmura rodant:  
Prostituat vocem legulus ipse foro:  
Verbaq̄ det medicus: promittat & alter ab astris  
Longęuum mortis fatidicumq̄ diem:  
Hic maris & metas terreq̄ habitabilis oras  
Ponat: & in bibulo puluere signa notet:  
Verbaq̄ fucato disponat: vt alter hiatu:  
Vtq̄ alius musas/pieridesve canat.  
Cognita que fuerant tibi cuncta: sed omnia christi.  
Linquis amore: suam ferre crucemq̄ studes.  
Que sua sūt coruis: quod groccitet i proba cornix:  
Ranarūq̄ loquax deseris omne coax.  
Et logicam queris quā mors concludere nescit:  
Et que sine carens/gaudia vera dabit.  
Proinde p̄cor p̄ me rogites pater optime: quo sim  
Et vita & meritis par tibi. Iamq̄: Vale.

## Epigrāma eiusdem doctissi

mi sanctissimiq̄ viri: a Sebastiano Brant. editū.

**Q**uid Lapidane pater/potuit iucūdius vsq̄!  
Contigisse tamē/letius atq̄ tibi!  
Quam q̄ post totidem fallacis tempora seclī:  
Erūnasq̄ graues/sydera letus adis:  
Morte tua p̄sens: te nō timuisse profecto.  
Audiui mortē: fatiferumq̄ diem.  
Tu quecūq̄ deus tecū disponeret ipse/  
Ferre etiam patiens cuncta paratus eras.  
O q̄ dulce fuit cum relligione beata!  
O q̄ suaue tibi cum pietate mori!



Proinde tibi in vita dederat deus esse que t a:  
Tpa: apud superos iam meliora dabit.  
Cuique bonus fueras seruus/frugis/atque fidelis:  
In patria statuit te modo/multa super.  
O utinam liceat fato mihi fungier illo:  
Quo te conspexi cum moribundus eras.  
Tu mihi/egoque tibi. que plurima verba loquutus:  
Quis stabili sensi te pede: teque animo.  
Tu vere agnouit Lapidem te: & nomen habere  
Conueniens rebus: saxeus omnis eras.  
Iudicio extremo testis tuus ipse ciebor:  
Quod mortem amplexus sis bene/sponte/libens.  
Hinc te digne pater precor/in celestibus aulis  
Filioli abiecti que memor esse velis.  
Sic tibi (qua meritis) contingat gloria/perpes  
Vita: salus/virtus/gaudia/læta quies.

## De singularitate quorundam nouorum fatuorum additio Sebastiani Brant.

Te nostram accepit vertisse Iacobe carinam:  
Atque illam latium nunc sapere eloquium:  
Gaudeo: Lolhardos quos pretermisimus olim:  
Beguinamque iuuat his nec abesse suas.



Est operę precium non ignorare Beguttas/  
Begardosq; suos. hippocritũq; genus.  
Quos nimis arta prius cõplexa est cymba: liburnũ  
Nunc p̄priũ: & laxis transtra parabo foris.  
Currite Lolhardi/Beguine/siue Begutte/  
Currite begardi: spiritus ire iubet.  
Vos hominẽ/ ex toto p̄sentĩ in carne putatis  
Perfectũ: & summũ tangere posse gradum:  
Vsq; adeo/ vt nũq̄ deinceps mortale patrare  
Crimen: & vt nequeat proficere vterius.  
Perfectos igitur tantos quoq; classis abacta  
Expectat comites: stultiuagosq; viros.  
Currite nauis eat: fatuosq; sequamur euntes:  
Ne sine begunis tanta caterua ruat.  
Cernitis vt stulti totũ mare & equora complent:  
Nec modus aut numerus nauibus atq; viris,  
Sepe oculos hominũ morientũ clauditis: ante  
Qz mortis tempus vel necis hora venit.  
Claudite p̄sentis periturę lumina turbe:  
Atq; operi nostro ponite quęso modum:  
Sit satis hunc fecisse prius vobis vel honorẽ:  
Qz non vulgari vos rate composui.  
Ne populus si vestra notet mala crimina: forsitan  
Non prauos modo/ sed pellat ab orbe bonos:  
Nec vos de populo vultis/ neq; plebe videri:  
Nec cleri in sortem vos deus ipse vocat.  
Iccirco dignã vobis sedem ipse nequiu:  
Theutonica in nostra ponere naue prius.  
Cũ tñ in patria Germana/ & theutonico orbe  
Pullulet/ & vigeat vestra ea sc̄cta nimis.



Colligere attempo turbam dumtaxat iniquam:

Este procul fratres/quos bona vita tenet.

Qui normam viteq; modū/sancctitaq; patrum

Seruatis: non vos ledere pergo bonos:

Sed turbā indoctam: que cū nil discere possit:

Nec voluit: longam querit habere togam.

Ne si vulgus erit: cogatur ferre laborem

Artificū: & manibus querere forte cibū.

Inde est q̄ querunt tranquillam habuisse quietē:

Atq; vacare graui posse labore tamen.

Non is est animus/non mens/sint vt Madaleng:

Verum vt bufonem lena suum inueniat:

Ocia sectantur/torporem &/desidiāq;

Hinc hosti antiquo nequitie arma parant.

Proinde sibi reputant/credunt quoq; cuncta licere:

Humano neq; sub viuere & esse iugo.

Libertas (aiunt) vbi spiritus esse probatur:

Spiritus at spirat/liberiora licent.

Inde putant nulli capiti se subdere posse:

Acephali cupiunt viuere & esse palam.

In grege conueniunt: viuunt sine rege locustę:

Puniat vt nemo corrigat atq; nephas.

Quin etiam interdū laico sua crimina fratres:

Cōfitentur: agunt alterutrūq; vices.

Oscula mortali dicunt damnanda reatu:

Officiū carnis sed veniale ferunt.

Hinc passim fratres per cōpita cuncta: sorores.

Querunt/solantur/cōcrepitantq; fores.

Signaq; dant dygitis pulsantibus: atq; recepto

Responso: admittit ianua queq; suum.



Tum procul abiectis matellis/atq; cucullis  
Lolhardi in turpi veste/breuiq; patent.  
Grandibus exutis sotularibus atq; cothurnis:  
Beguinę incēdunt: calceolosq; mouent.  
Tunc opera incipiunt cōmunia: tunc labiorum  
Hos operit labor: & facta sororia agunt.  
Si qua casta soror velit/atq; pudica videri:  
Et quę fraternos abnuat accubitus:  
Carpitur: & normę violatrix dicitur: extra  
Sit numerum: & careat funditus alloquio:  
Illi cōmunes neq; enī venię ve/precēs ve  
Subueniunt: vrnā hęc fregit/& vrceolum.  
Quin etiam arguitur maiori crimine: pēnam  
Quo ferat/& subeat fratris ad arbitrium.  
Hunc ego peruersum Lolhardū seu goliardum  
Dicam: qui ventri viuūt & vmbilico.  
Nequitiam illorū carpunt mea carmina: sanctos  
Atq; bonos fratres carpere nemo volet.  
Quos vel apostolicę sedis mandata probarunt:  
Vel quos cōmendat vita laborq; bonus.  
Ast quidam bullas producunt sēpe/quibus sint  
Absq; opere: humanis delitiisq; vacent:  
Et quibus impune possint quęcunq; patrare  
Non bona: & a nullo vindice habere metum:  
Seq; pares faciunt monachis? Vestq; sacratīs  
Virginibus: quibus est regula grata deo:  
Canonicos habitus/nomen/vestemq; pudicam  
Usurpant: sed enim sub cute vulpis inest.  
Sic habitus simulant multi sanctosq; bonosq;  
Intus qui rapida tygre/lupoq; scatent.



Nomine diuorum subiere cubilia multi  
Casta: sed incesto mox rediere gradu.  
Quis rogo summe pater/valet explicare: nefanda  
Crimina: quę fiunt sub specie vsq̃ bona?  
Liberius poterit nemoq̃ licentius: vsq̃  
Fallere credentes quā genus hippocritū.  
Introitu Curios simulant: sed Clodius exit.  
Sub christi specie/demon inique lates.  
Ve tibi ve maledicta cohors: quę nomen inane  
Religionis habes: quod tua facta negant:  
Nempe opera effingis sathanę: q̃bus esse p̃baris  
Progenitus sathanę: luciferiq̃ puer.  
Quisquis enī est genitus summo a genitore/deoq̃:  
Hic mandata dei seruat/& efficiet:  
Qui vero e terra genitus. terraq̃ sepultus  
Semper erit: quęuis terrea sola placent.  
Quem semel arripuit fatuorum claua: cucullus:  
Mitraq̃: vix veterem deiicit ille togam:  
Hinc p̃cor/exhortor/moneo/rogo/flagito cūctos  
Preuideant: inquant qua statione ratem.  
Nostri etenī portum quęrunt lyncresq̃ faseli:  
Cedo libens: meritum docte Iacobe feres.  
Qui mea vertisti vulgaria plaustra/reuidi  
Illa ego: perlegi: sat placet atq̃ labor.  
Nota magis fuerat nobis inuentio nostra:  
Quo quęq̃ excerpti dicta decora loco:  
Iccirco ascripsi loca concordantia: lector  
Noscere quo valeat: singula quęq̃ cito.  
Qui tamen & veniam dabit impressoribus oro:  
His quia festinū nil satis esse potest.



Nempe manu ppria semel atq; iteꝝ illa reuidi.

Signaui: inuersa multa subinde manu:

Sed tamen illoꝝ pꝛeꝑts labor: atra reliquit

Plurima/que nollem: que mihi displiceant.

Que si forte videt lector bonus atq; peritus:

Det veniam: erratum nec putet esse tuum.

Criticus at si quis (cui sueta calumnia cordi)

Perleget: in sannas incidet ille: scio.

Sufficiet sed eni doctis fecisse laborem

Complacitum: stultis nil satis esse potest.

Nec mihi principio mens subfuit/atq; voluntas

Scribere: vel stultis cōplacuisse viris.

Nec tibi ppositum fuit: vt satis esse putares:

Prudenti: & fatuo tam bona scripta viro.

Iccirco stultis linguam linquamus inanem:

In cuius manibus vitaq; morsq; sedet:

Singula qui carpunt/cupiunt doctiq; videri:

Nec quicq̄ norunt/sed sua sola placent:

Ille ferus/multos agros depastus amēnos.

Huncq; Ioseph patri surripuisse ferunt:

Hos operis nostri statui mihi sistere finem

Omnia qui carpunt: cum nihil efficient.

Nil satis egregium/dignum/prestantq; bonumq;

Quod cunctis possit (crede) placere viris.

Vicisti precibus (fateor) suauissime frater

Me: tua quo videam/carmina peruideam:

Quod potui effeci: gaudet tuus ille magister:

Discipuli ingenium tam valuisse sui.

Perge bonis ceptis: rogat id tuus atq; Ioannes

Olpigena: fausto sine/diuq; Vale.



# Ad dominū Johannem

Bergmā de Olpe. de p̄stantia artis Impressorū  
a Germanis nup̄ inuentę Elogium S. Brant.

**Q**uid sibi docta cohors/sibi qđ studiosa cater  
Grati<sup>9</sup>/vtilius/cōmodius ve petet? ua  
Quam sanctū & nup̄ compertū opus/atq; litturas  
Quo premere edocuit grāmata multa simul.  
Quodq; prius scriptis vix vllus mille diebus:  
Nunc vno solus/hac aget arte/die.  
Rara fuit quondā libroꝝ copia doctis:  
Rara inq; & paucis bibliotheca fuit.  
Singula perq; olim vix oppida/pagina docta:  
Nunc p̄ quasq; domos multiplicata iacet.  
Nuper ab ingenio rhenanę gentis & arte:  
Librorū emerfit copia larga nimis:  
Et qui diuitibus/vix regi obuenerat olim:  
Nunc liber in tenui cernitur esse casa.  
Gratia diis primū:mox impressoribus equa  
Gratia: quoꝝ opera hęc/prima reperta via est.  
Quę doctos latuit gręcos/Italosq; peritos  
Ars noua/Germano venit ab ingenio.  
Dic age si quid habes lacialis cultor agelli:  
Quod tali inuento par sit/& equiualens?  
Gallia tuq;/adeo:recta ceruice/superbam  
Quę p̄fers frontē:par tamē exhibe opus:  
Dicite si post hac videatur barbara vena:  
Germanis:quoꝝ hīc p̄diit arte labor?



Crede mihi/cernes (rūparis Romule quīs)  
Pierides rhēni mox colere arua sui.  
Nec solum insigni pbitate excellere & armis:  
Germanos orbis scepra tenere simul:  
Quin etiam ingenio/studiis/musisq; beatīs:  
Prestare: & cunctos vincere in orbe viros:  
Iam pridē incepit doctos nutrire Platones:  
Theutonia: inuenies mox quoq; Meonidas.  
Mox tibi vel Celsum dabimus: iurisq; peritū  
Messalam: aut quales Roma vetusta tulit:  
Iam Cicerō in nostra repitur gente: Maroq;  
Nouimus a sc̄rei: & cecucientis opes:  
Nil hodie nostrā prolem latet/atq; iuuentam:  
Rhēnus & Eurotē fert modo noster aquas.  
Cyr̄ra/heliconq; sacer/nostras migrauit ad alpes.  
Hercyniū/ingressa est delphica sylua/nemus.  
Iurassipineta ferunt/laurūq; hederamq;  
Rhetica tellus habet nectar/& ambrosiam.  
Idq; impressorē pcessit ab arte/operaq;  
Nostros: hoc fruimur quippe beneficio:  
Nāq; volumina tot: totq; exemplaria: libros  
Prestiterant nobis: gratia multa viris.  
Magna tibi hos inter debetur gratia: nostra  
Fragmina qui multis fors placitura premis.  
Religiosa cohors: grates aget vsq; pudicis  
Plus elegis nostris/carminibusq; piis:  
Luxuriosa procum dederit q̄ turba Catullo.  
Vel tibi quē pepulit/musa petulca/Gethos.



# De corrupto ordine uiuēdi

pereuntibus. Inuentio noua. Sebastiani Brant.





# De inordinatō cā fuerit de structionis omnium rerum

**S** Tultoꝝ ingentes culpauimus haecenus ausus  
Et studia & mores interitusq; graues :

Qui cymbas/lin tres /parcas/stlataſq;/liburna  
Mersere/& gaulos/proſumiaſq;/mari .

Corbita non illos/horia/aut myaparo/phaselus  
Tutari/aut celox:nec potuere rates.

**Q** ſi ſedulius cauſas fortaiſſe pericli  
Scrutemur:laqueos interitusq; ſui:

Percipimus cunctos ſine lege atq; ordine/remos  
Traxiſſe: & velis non poſuiſſe modum

Atq; ideo i Scilla /Syrtes/breuiā /atq; charybdim  
Vortice detruſos: naufragiūq; pati.

Equibus/in ſumma/repetendo ab origine ſtultos  
Inuenio cunctos hoc periſſe modo:

**Q** pretergreſſi legemq; modumq; /viam  
Quam deus & rerum diſtitat ordo decens

Oia que in celo/aut terris/vel in equore viuunt:  
Ordine ſeruant: ſtantq; vigentq; ſuo

Quem ſi deſtituant: ſi viuere in ordine ceſſent:  
Continuo intereunt/in nihilumq; ruunt.

Ordine infirmo ſtarent elementa/perirent:  
Ordinē habent certū/tempus/& hora/ſuū

Ordo eſt naſcendi:& vite certiffimus ordo:  
Eſtq; ſuū mortis tempus/& ordo placens:

Ordinis hec virtus: vt certa lege modoq;  
Cuncta gubernentur: ſubpeditata deo.



Atq; vt quisq; minor/maïorem obseruet. & illi  
Pareat atq; libens iussa petita ferat.

### Ordo angelicę Ierarchię

Hunc primū instituit rerū pater atq; creator  
Ordine dū posuit queq; creata bono.  
Principio per eum dū condere cuncta parabat  
Spiritus sup̄ ordo modosq; datur.  
Ipsi etiam inter se certa statione/chorisq;  
Cęlicolę starent: maior is: ille minor.  
Mox sed in angelica sensit deus ipse ruinā  
Natura: equalis dum cupit esse deo.  
Sic bonus ille prius demon: mox ordine rupto  
Dum caput abiecit: trusus ad ima ruit.

### Ordo humani generis.

At reparare volens lapsum deus optimus illū  
Condidit humanū/cōstituitq; genus:  
Inq; voluptatis paradysum deputat illud:  
Ordine dum certo viueret/atq; modo  
Vt caput agnoscens summū: p̄cepta sequendo  
Illius: ipse feris rex foret atq; caput  
Omnia subiiciens hoīs quoq; sub pede: saltem  
Se quoq; subiectū nosceret esse deo.  
Indoluit sed enim desertor transfuga demon:  
Inq; suū inuidit posse hoīem ire locū.  
Protinus vt caderet p̄thoplastus ab ordine iusso  
Suadet: vt excuteret frena iugūq; docet.  
Sic heu prime parens: vix sex tua regna p̄ horas  
Integra seruabas: pulsus abinde cito.



Quoq; die primū factus: rebusq; creatis  
Præfectus: regis nomen habere sinis.  
Vtq; tuo panem quæras sudore: labori  
Subderis assiduo: perpetuoq; iugo.  
Causa fuit: recto quia cedis ab ordine: nec vis  
Subditus esse deo: spernis habere caput.  
Sic factū: vt Sathanan cælum retinere nequiuit.  
Nec paradysus Adan: mox sed vterq; ruit.

### Ordo regni vniuersalis.

Cunq; deus vidit cælū/terrassq;/relictō  
Ordine pollutas: deseruisse modum:  
Ierarcham cæli: terrę & cecidisse monarcham:  
Seruasse & neutrū/tradita in arce/locum:  
Regna sibi soli deliberat orbis habenda:  
Regaliq; sua velle tenere manu:  
Nec deinde Adamo: nec cuiq; postea/mundī  
Regia cōmisit sceptrā/vel imperium.  
Ceu belli dux: signa videns sub milite forti  
Perdita: mox reparat: seruat & illa manu

### Vsurpatio regnorum.

At noua regna Cayn/cū posteritate maligna  
Vsurpare sibi cogitat/atq; suis.  
De quibus ipse deus testatus: penitet inquit  
Me fecisse hoīem: perdere eūq; placet.  
Dum violant capitis legem: & seruare recusant  
Ordinem eum/statuit quē deus/atq; modū:  
Continuo cunctos homines/Neptunnus in vndis  
Merfit: & absorbens corpora cuncta rapit.



Gentibus innumeris de milibus: vnus in archa  
Octo animas Noe seruat ab interitu.  
Hunc deus vt vidit seruantem ex ordine iussa:  
Tutatur: natos incolumesq; facit.  
Sed mox infelix Chamus/pudibūda reuelat  
Dum patris: infregit iura paterna nimis:  
Ordinem & egressus/meruit maledicier: isq;  
A patre in exilium migrat ab inde pcul.  
Quo duce cēlipetę turrim struxere gigantes:  
Seq; putant fluuiis subtrahere atq; deo:  
Quos dein linguarum confusio facta: pbabat:  
Ordine corrupto non placuisse deo.

Assyriorū monarchia.

Hinc & in Assyriis/Belo duce/prima tiranni  
Atq; monarchię sunt data principia:  
Vsurpata tamen: neq; enī sumpsit sua Belus  
Sceptra sibi/aut Ninus: cōstituente deo:  
Quo moriente: fuit terrę corruptus iniqueq;  
Ordo: modū & legem liquit homo/atq; deū.  
Idola sculpebat: varia quoq; imagine mūdus  
Errabat: placuit nec modus ille deo.  
Sic quoq; mille/tricentenos: ter quīq; per annos  
Hoc regnū/excreuit: sceptraq; lata tulit.  
Subq; iugū illius misit deus omnia regna  
Quę sine lege/datū deseruere modum:  
Sed luxum sequit: dumq; ordine Sardanapalus  
Neglecto viuit: desiit imperium.  
Id quoq;: ceu fuerat primū: sic solis ab ortu  
Proximius: finem regna leonis habent.



Huius enim euulsę sunt alę: quando reliquit  
Et dominı abiecit iussa/iugumq; dei:  
Transulit Arbaces occiso Sardanapalo  
Impium in Medos/atq; orientis opes:

Medorū monarchia.

Sic vrsi incepit regnū/sceptrū/atq; potestas  
Quę bis centū annis: sex deciesq; stetit.  
Terrę interea/verum regnū / & ditio omnis  
In manibus steterat solius vsq; dei  
Qui patribus/moyseq; suo: sanctisq; pphetis:  
Iudicibusq;/suas iussit habere vices.  
Non reges: sed tutores: iurisq; ministros:  
Atq; sacerdotes hos iubet esse suos.

Iudeorū regnum.

Quilicet istaheli regē populo vnixerit: & Saul  
Legerit: at modici rex fuit ille soli.  
Vniuersalem neq; eni hunc iubet esse monarcham:  
Sola palestine his p̄dia parua dedit.  
O quotiens reges illos quoq; mutat: acerbis  
Dum leges spernunt/afficit atq; plagis.  
Pretereo bisquinq; tribus: quę caspia nūc gens  
Claustra colens: fregit nup̄ & illa fores.  
Ordo his viuendi bene dū peruertit: atq;  
Dum mandata sui deseruere dei:  
Regali primū se subduxere coronę:  
Durius & grauius mox subiere iugum.  
Quin tracti in medos/vbi seruitute molesta: &  
Perpetua: pecoris more modoq; iacent.



Vixq; quadríngentis / octoginta simul annis:  
Hoc regnū iudē / quattuor atq; / stetit.

### Regnū persarum.

Sicq; sub hoc vrsō regnū Babilonis adauctū:  
Persarūq; sua lege modoq; fuit.  
Ordo triplex oris sic creuit: & ordine terno  
Hoc steterant dentes carniphagē vsq; ferē:  
Sed Dariū insignis vis / atq; potentia postq̄  
Extulit: & fecit non sua regna sequi:  
Victus / & occisus: vitamq; / & persica regna:  
Ordinis euersor finit: & imperiū.  
Ante hunc & xerxes / dū militat ordine nullo:  
Fusus ab exigua / disperitq; manu.  
Quiq; adiit graios fremebundí more leonis:  
Instar mox leporis fugerat attoníti:  
Et bis mille rates submersit in equore: gentes  
Ordine dū caruit / pdidit innumeras.

### Alexandri monarchia.

Mox sed Alexander victor / sic persica sceptrā  
Transtulit in grecos: Macedonūq; lares.  
Et pardi erexit / duo bis diademata / in vno  
Corpore: eiq; alas / bis dedit esse duas:  
Sed nimis excēdens legem: dūq; ordine viuít  
Contempto: mortis pocula díra bibít.  
Fertq; monarchiam dūtaxat quinq; p annos:  
In duodena. sed hęc postea regna cadunt.  
Sic tria regna quidē hęc / fraterna morte sacrata  
Principium & finem tunc habuere suum.



Nēpe Cayn primū fraterno sanguine/regnū  
Incepit: quod post migrat ad Assyrios.  
Ultimus Assyrius per funera/Sardanapalus:  
Imperio Mēdo principia atra dedit.  
Primus apud persas Cyrus: ppriaq; parentans  
Cēde: dat horrendi principia Imperii.  
Maximus & Darius/perfarum grandia regna  
Transtulit in grecos /morte sua indecori:  
Cognatis etenī a ppriis/notisq; & amicis  
Cēsus: Alexandro tradidit imperium.  
Grecus Alexander/ppria num morte veneni  
Cognata occubuit: interiitq; manu?  
Fraterno primi maduere sanguine muri:  
Sic vrbs Roma suū/cēde habet/auspiciū.  
Deinde monarchiā qui Cēsar vendicat: an non  
Cēde sua: tantī culminis auctor erat?  
In fatis (superi auertant quod longius) atq; est:  
(Principio vt finis par sit vbiq; suo)  
Qz Romanorū rex vltimus/ipse suorum  
Funereas tandem pluet insidias.

### Romanum imperium:

At medio/varia fortuna/tempore Roma  
Extulerat sese/principiūq; capit:  
Regibus in primis: dein: consule: Cēfare demū:  
Ordine & in sūmo creuit ad vsq; deos.  
Fundamenta locans regno /sceptraq; futuris:  
Atq; monarchiē principia ampla suē.  
Mox Romę regū diadema: decemq; viratus  
Imperium extinctum est: spretus vt ordo fuit



Præbuerat primū speciēq; tirannid̄is: vt se  
In vetitū Cæsar iecerat imperium.

Sic eteni ablata pardi ditione/ & achiua:  
Græcorum Romā sceptrū/ & habena venit.

Hæq; monarchiæ cunctę licet ordine certo:

Plurima sub sceptris regna habuere suis:

Nō tamen in toto domatę p̄tinus orbe:

Nec sua tam late fluxit vbiq; manus.

### Regnum christi.

Donec verbigena rursus sub principe christo:

Iure suo/rediit machina tota deo.

Qui cunctis regnis cessantibus/atq; monarchis

Ad solū Christū regia sceptra tulit.

Totius estq; ad eū mundi reuoluta potestas:

In cęlo & terris sunt data cuncta sibi:

Sic quoq; cessarunt regna vsurpata tirannis:

Cunctoꝝ regū nam titulum ipse tulit.

Et merito: domini terra est: p̄ eumq; gubernant

Reges: atq; ad eū p̄tinet omne solum.

Hinc sequitur: q̄ p̄scripsit sibi nullus vbiq;

Cū vitio/atq; mala/iura aliena/side.

Siue igitur prima penses ab origine regna:

Illa sibi dederant principium absq; deo:

Sic titulū/iustāq; fidem tenuisse nequibunt:

Temporis excusat nec bene cursus eos.

Siue a carnigero repetemus principe: christo

Soli debent̄ regia sceptra soli.

Rege sub hoc potuit/regis nomen/titulum ve

Nemo aliū iusto: sumere principio.



Nec nos cōmoueat Cēsar cū posteritate  
Qui regna & terras detinere diu:  
Vsurpata etenī fuerāt: possessa nephande  
Absq; bono titulo: legitimoq; modo.  
Siue ideo Augustū repetes: omnē vel Iulī  
Progeniē: aut flauios: Anthoniosve pios.  
Hī constantīni magnī vsq; ad tempora: christi  
Regna: vsu illicito pręripuere sibi.  
Christus nempe fuit solus rex verus: eiq;  
Debetur mundi fabrica iure suo.  
Ipse futuroꝝ faciens pontē: ipse sacerdos  
Ordine Melchisedech: pręgenitusq; deo.  
Quo fit/vt ad christū/cęli terreꝝ potestas:  
Pertineant soli/regnaq; cuncta sibi.  
Qui petro/atq; aliis sibi successoribus: illas  
Cōmisit totas/tempus in omne/vices.  
Quodcūq; in terris ait optime petre ligabis:  
Hoc etiā in cęlis vincula firma geret.  
Solueris & si que nexu: nodū ve relaxes:  
Hęc eadē in cęlo (crede) soluta manent.

### Constantinus magnus.

Id Constantinus cognouerat induperator:  
Atq; bonā agnouit/cōstituitq; fidem:  
Dum capit/a petri sibi successore coronā: &  
Imperium: regni tum redit ordo boni.  
Tum vero effectu christus regnare: caputq;  
Cunctoꝝ cepit esse hominū/atq; ducū:  
Tum cū principio/finis quadrabat: & alpha  
O mega coniunctum: lexq; modus redit.



Comptumq; fuit Christum caput esse: habitumq;  
Atq; actu/gladiū porrigere ancipitem.  
Sic veri regesq; duces: quicumq; fuere  
Interea: a petro scepra tulere sua.  
Q; si forte aliq; petro sine/regna recepit:  
Ille vsurpator. p̄doq;/furq; fuit.  
Non etenī intrauit ad ouile per hostia vera:  
Ordine sed fœdo: more modoq; lupi.  
Sic iam mille quidē/quingentenosq; per annos  
Romana hoc steterant ordine scepra modo:  
Rex sit vt̄ inferior papa: simul & fateat̄  
Esse hunc cunctosq; spiritalē caput:  
Atq; ab eo imperium capiat: iuretq; fidelem  
Tutorem Petri se fore/& ecclesie.  
Vngitur iccirco: datur & gladius sibi/ab ipso  
Pontifice: vt̄ prauos c̄dat: ametq; bonos.  
Hęc sunt illa/deus quę fecit/lumina bina  
Magna: quibus mundū lustret & irradiet.  
Maius quippe diem/ceu lampas solis/obambit:  
Atq; aīam inflāmat lumine: resq; sacras.  
Quodq; minus/noctē illustrat: terrena gubernat  
Corpora: & a magno lumine lumen habet.  
Hic ordo rerū est: modus hic: lex sūma tonātis:  
Maiori/inferior, subsit vbiq; suo.  
Quiq; potestati seu contrait: siue resistit:  
Displicet huic sūmus quē dedit ordo deus.

Romana monarchia.

Vir desiderii/Daniel sanctissimus/olim  
Cuncta hęc p̄uidit: postq; futura canit:



Quando leam primū: mox vrsū dentibus atris:  
Deinde etiā pardū regna priora/notat.  
Quę tamen exiguō durarunt tpe: nāq; his  
Ordo fuit nullus: lex neq; cura dei.  
Bestia quarta igitur mirabilis/horrīda/fortis/  
Vīsa est: cuncta vorans: cōminuensq; nimis:  
Dissimilis reliquisq; feris: cui ferreus oris  
Rictus erat: pedibus cuncta aiata terens.  
Cornua magna decem capitis: cornuq; minutū  
E medio illoꝝ pdiūt horridulū.  
Idq; oculos habuit tur pes: contraq; tonantē  
Verba loquebat grandia: dira nimis.  
Hęc fera/Romanū regnū signabat aperte:  
Atq; monarchiam/Cęsareumq; iugum.  
Quod maris occidui posuit ppe littora sedem.  
Angulū & Europe continet exiguum.  
Id quoq; successu diuisum temporis: ex se  
Regna decē fecit: pticulasq; decem.  
Sic capiti abstraxit sua subdita mēbra/fidemq;  
Quilibet: & dominū spreuit habere suum.  
Ille armis: hīc vī: sese p̄scripsit & alter:  
Hunc papa exemit prorsus ab imperio.  
Cernimus hoc pacto nullā sub Cęsare terram  
Stare diu: paret rex quia nullus ei:  
Atq; instar regū: populiq;/vrbesq;/fideles  
Impio quondā: libera abire student:  
Nemo magis curat regni defendere honorē:  
Sed priuata magis cōmoda cuiq; placent.  
Acephalos sine fine vides: pedibusq; leuatis  
In cęlum: supra perplacet ire caput.



Ordine peruerso currus p̄cedit: equiq̄  
Postpositi/extremo substituere loco.  
Proinde leuem voluit/agitatq̄ Germania cancrū  
More meant cancri multa agitata retro.

Figura cęli. M. CCCCC. III.

Credite Germani mox tpa plena periclis  
Ventura: & magnis cuncta replenda malis.  
Heu quantū vereor ne nos fata impia tangant  
Et sceptrū a nobis imperiūq̄ trahant.  
Aspice hanc cęli q̄ cernitis (oro) figurā.  
Se cancro iungunt sydera seua nimis:  
Saturnū/Martē/atq̄ Iouem: variabile signū  
Cōiungens cancri: friget & humet aquis.  
Indicat atq̄ senes/iuuenesq̄ & Martia corda.  
Et clerū/instabili mobilitate frui.  
Queq̄ agere incipient: quicq̄d placet: ocius illud  
Prorepet Cancrī more/modoq̄ retro.  
Inde graues clades: patrię & cōis Erynnis  
Et mala puenient: dii phibete minas.  
Multa quidē nobis astra/ & fera fata minant̄:  
Cogitat at nullus tam ppe adesse diem:  
Tempus erit: sceptrum a nobis tollet̄/ & ibit  
Longius: ah saltē theutona terra dole.  
Quis mihi/quis lachrymas dabit: vt deflere ruinā  
Communē possim: vel gemere interitum!

Cōstantinopolitanū Imperiū.  
Postea q̄ Romam veterem/pius ille reliquit  
Et Constantinus Thracia regna nouat.



Pontifices medio tulit incluta Roma beatos.

Intereaque horum paruit imperio.

At Constatinus firmat sua regna: duobus

Circum septa fretis / bosphoreosque mari.

Atque arcem Europe posuit fortemque bonamque.

Et vallum / lybię contra / Asięque minas.

Nomine de proprio vocat hanc: Byzantia quondam.

Urbs que dicta fuit: clara potensque nimis.

Gręcorum retinens sceptrum per tempora multa.

Hinc quoque ad occidentum prospicit imperium.

Sed cum pontifici summo parere recusat:

Tollit a gręca gente corona vetus.

At neque sic legem ecclesię / seruare modum ve

Curat: & ideo funditus interiit.

Nam sua dum capiti subducere colla putabat:

Brachia / colla / manus / perdidit atque pedes.

Hanc Scythica nuperveniens Othomanus ab arcto

Insidiis cepit: subdidit atque dolis.

Comperit & tandem gręcus / quid ab ordine possit

Cedere: vel proprium nolle tenere caput.

Perdiditque graui fortuna / acrisque periculo.

Quo deus acephalos puniat exitio

### Translatio imperii.

Translato imperio a gręcis. Germana repente

Natio / suscepit regia sceptrum / & opus.

Germanus quia nam / nostro quoque natus in orbe

Karolus: & vero semine theuton erat:

Nempe orientalis francus fuit: unde recepit

Francia gallogę / quod modo nomen habet.



Germani sic nos annis ppe septingētis:  
Sceptra sacra/ & vittas gessimus imperiū.  
Quo liquido patet. in terris q̄ secula tanta  
Nulla monarchiæ gens tulit imperium.  
Nam Babel/ Assyriis/ Chaldeus/ Parthus / Ache⁹  
Vltro citro instabili regna tulere loco.  
At nos Romanū nomenq̄: urbemq̄ sacratam  
Continuo in nostro reximus imperio.  
Quodq̄ magis dignū est: reliqui quia iure paterno  
Hereditq̄ loco regna habuere sua.  
At rex Romanus/ legitur p̄ vota viroꝝ  
Integra p̄stantū/ nobiliumq̄ ducum.  
Eligit hunc nullus q̄ non sit cęsare dignus:  
Et qui nō sceptrū iure suo ipse ferat.  
Traditus hic modus ē/ ordo quoq̄ Cęsare Othonē  
Quo regnū melius constet & imperium.  
Sepe etenim ignauus vel iners/ vel inutilis excors  
Nascitur: at legit̄/ frugi homo & eximius.  
Sex ita principibus legitur rex: atq̄ Bohemus  
Rex paribus votis sepe vocatus adest.  
Karolus his quartus dedit electoribus/ amplū  
Rheni vectigal/ grandia dona satis.  
Centū mille quidē nummos capit inde quot ānis:  
Quisq̄ horū auratos: rex habet inde parum.  
Vnde etiā imperiū defendere iure tenent̄  
Consilio/ atq̄ armis/ corpore/ p̄sidio:  
Et merito: imperiū penes hos substantia maior  
Nam residet: ad eos cōmoda tota fluunt:  
Imperiū sed eget: vix nunc Aquila illa decora.  
Pennigera est: rapiunt viscera cuncta fere.



Omiser actęon: cui nō tam dura fuit mors:  
Quam lacer a canibus q̄ foret ille suis.  
Horum consilio Rex singula facta pegit  
Semp: & illorum res stetit arbitrio:  
Cunq; illis tractat cōmitia: cuncta reuoluens:  
Quod sa cro inprimis imminet imperio.  
Sed quā p̄gnantes Germania nostra dietas  
Semp habet: binas vna retensa parit.  
Queq; fuit pridem noua: iamq; puerpera: prolem  
Parturit: hęc eadem mox quoq; mater erit/  
Dumq; diu trahimus cōuentus cōciliando:  
Nil reliqui: ni q̄ cōparuisse sat est.  
Quicūq; huc veniunt: que sit conclusio / tandem  
Scire petunt: alio fertur abacta dies.  
Inde etiam insultat nobis gens queq; dietas  
Germanas grauidas: & sine sine vocans.  
Causa patet: quasi verbis effarier ausim:  
Principibus nostris nā mora longa placet.  
Queris aquas in aquis improuide Tātale: sed nos  
Consilio ex vno plurima inire iuuat.  
Verum agit historicus (quisq; fuit ille) priusq̄  
Incipias factū: consule: deinde age opus.  
Is non consiliū psuaserat esse perhe nne:  
Sed quo consiliis perficiatur opus.  
Hoc Fabius quintus / dictator / fecerat: is qui  
Tardus erat: sed non sic quoq; deses erat.  
Nec nos aut p̄ceps factum laudamus: & expers  
Consiliū: iuge nec consilium vsq; placet:  
Scis quid forte velim: mediū tenuere beati:  
Qui post consilium: facta iniere tamen.



At nos/ah miserí ingenio/meritoq; gemendi  
Germani:longas querimus vsq; moras.  
Et nihil aut facimus:aut precipítanter aguntur  
Res nostre:nec adest vllius ordo modi.

## Thurci irruptio

Dum nos consulimus:Thurcus sua líttora gręca  
Posthabet:Illyricos/Pannoniasq; rapit:  
Quiq; Istrum prius obtinuit:mox líttora adibit  
Rheni:& Germanis inferet exitium.  
Inde alio (timor est)regni traducere sceptrá  
Cernemus:nostrum & deficere imperiũ.  
Tradimus ínterea tam fortia corpora viño:  
Et iuuat ignauę viuere luxurię:  
Noxius obiectus ludus:íacta alea pñix.  
Senio dúplicuit:vnio sęua cadet.  
Dii melius:vates vtinam sim falsus:at illud  
Fata canunt:monstrant tēpora/& astra docēt.  
Nec mirũ nobis si cancer forte minetur:  
Iam nup̄ Cancrí cepimus ire viam.  
Germanos/vero genitos de germine/quondam  
Ac vere fratres/fama fuisse canit.  
Nulla sed o superi est hodie concordia nostris  
Germanis:nec pax:lex nec amicitię:  
Sed cuncti inter se grassantur more leonũ:  
Raptorisq; student viuere more lupi.  
Heu quantũ vereor bella horrida/bella nephāda:  
Intestina simul surgere/& ire procul.  
Nam rhenũ (metus est) vndandũ sanguie multo:  
Neue Istri fontes/stagna cruoris agent:



Dii superi/talem Germano auertite pestem:  
Prælia pellatis Theutonicoq; solo.  
Longius in Thurcos/Arabesq; & Achaïca regna  
Hęc bellona ferox pulsa/ & abacta ruat.  
Regna etenim diuisa cadunt: aditus datur hosti  
Perfacilis: dispar vertit aratra iugum.

## Conclusio wormatiensis <sup>97</sup>

Sed quid nostra queror tam prospera secula: que nunc:  
Vnanimes regi constituere duces:  
Qui stabili imperium: & concordia pace ligarunt.  
Reddere iudicium/iusticiamq; parant.  
Felix Vagionum locus (vrbs faustissima Rheni:  
Conclulum hoc tandem que penes/extat opus:  
Per quod fama vetus aboletur/ & incipiunt nunc:  
Ordine/Germanę res/coalere bono.  
Iudicium deinceps inopi datur/atq; pupillis:  
Iusq; ministratur pauperi: & indigenę.  
Præsertim cum tam iustus/doctusq;/modestus  
Præsideat princeps:iudiciumq; regat:  
Qui iunior fuerit quis ætate: latinus  
At tamen: humanus: moribus atq; comis:  
Illi/maturus/venerabilis atq; senatus  
Assidet: & prudens/iusta/senūq; cohors:  
Turbaq; tam celebris: que totus colligere orbis:  
Inque vnū posset vix statuisse locū:  
Rostra putas Romę: seu vicum Martis Athenę:  
Seu parlamentum Gallia quale colit.  
Iudicio hoc/leges & plebiscita vigebunt:  
Atq; mali mores frena seuera ferent:



Quin & libertas Germani nōminis: ampla  
Famaq; durabit perpetuanda diu:  
Inde etiam fidei sequit̄ tutela sacratę:  
Christicoleq; aderit presidium ecclesię:  
Hinc propellunt̄ Thurci: atq; iniuria queuis:  
Sęua cohercentur crimina: visq; silet.  
Inde parens speret pueris conuiuere letus:  
Hęrebit coniunx cōiugis inq; sinu:  
Agros quisq; suos/reparareq; p̄dicia/sacro hoc  
Iudicio Camerę: iusticiaq; potest:  
Omnibus hinc terris pax: & tranquilla parantur  
Ocia: seruantur sceptraq; & imperium.  
Hęc fortuna quidē tibi enī tibi Maxmiliane  
Desuper a sūmo venit/adeſtq; deo:  
Qz tam deuotos/claros virtute/benignos/  
Prestantesq; duces nactus es imperii:  
Consensu parili qui regni extollere honorē:  
Iurandoq; volunt iure/subesse tibi:  
Quis non tam sancto/tam iusto/tanq̄ beato  
Proposito faueat? pareat atq; libens?  
Certe aīam & corpus decet his impendere rebus  
Que p̄ iusticia/sunt bene cepta/sacta.  
Det modo foelicem finem/optatūq; probatis  
Auspiciis: iusto principioq; deus.  
Vtq; palam vobis loquar/illuſtrissima turba:  
Conscripti patres principis: atq; duces:  
Tempora vestra deus foelici sydere obumbrat:  
Irradiant vestrū fata benigna diem:  
Qz tam p̄claro: iustocq; pioq;/subesse  
Vos decuit Regi: magnanimoq; viro:



Consilio veltro regnu tutabit ille.

Et vestro/extendet scepra sua: auxilio.

Ille gubernator: vos remi/atq; anchora nauis:

Præsidió vestro/portus & aura venit.

Vos quoq; Germanę gentes: populiq; potentes:

Imperii vobis sit rogo cura frequens:

Astra licet nobis contraria multa minent:

Dira simul: quibus sydera seu a micent:

Sydera vincemus: maneamus in ordine saltem:

Et capití subsint/membra minora/suo.

Parua licet nobis sit copia: vincere gentes

Possumus oígenas: assit vt ordo tamē:

Est aliquid modico/bene viuere posse paratu:

Re quoq; de tenui posse leuare domū.

Sæpe vides modicas ex ordine pauperis eides

Splendere: & nitidis crescere vbiq; modis.

Rursus cernis ítem sæpe alta palatia regū

Díruta: & e sūmo prorsus abacta loco:

In cinerēq; suū versa & disiecta/regunt

Ordine dū nullo: dum sine lege meant.

Ordo est qui cunctas res crescere cogit in horas:

Ordo est qui paruos tollit in astra lares.

Horror adest: errorq; frequens: vbi deficit ordo:

Ordine peruerso: nil placet vsq; deo.

Theutones ad vestrá iccirco: patrięq; salutem

Respicite: & regis suscipite imperium.

Sic eteni terre/res/oppida vestra/domusq;

Tuta sub incolumi stant satis imperio.

Nec vos pturbent/moueantve indicta tributa:

Quę leuia/& facili sunt soluenda modo.



Felix pars: quota lit/leu porcio queqꝫ seorsum:  
Cōseruet totū/quę retinetqꝫ suum.  
Ille obulus bonus est/faustoqꝫ exponit̃ vsu:  
Qui libram dño seruat ab interitu.  
Nec primū hoc vobis indicitur: antea multę  
Soluerunt gentes/& populi armigeri.  
Regibus/Affyrii semp soluere tributū:  
Sub dñis Babylon maxima censa fuit.  
Indis dum voluit certare Semyramis: ante  
Exegit: domuit sicqꝫ orientis opes:  
Persis lōgimanus Artaxerxesqꝫ tributa  
Imposuit: dictus nō minus ille pius:  
Quin & seruator patrię/pacisqꝫ: & amari  
Acuncto populo nō minus emeruit.  
Macedonesqꝫ prius q̃ gręcia victa/Philippo:  
Deinde & Alexandro cōtribuere suo.  
Exiit edictūqꝫ a cęfare: mundus vt oīs  
Per capita hunc censum solueret imperio.  
Quis vel apud Gallos (qui libertate fruunt̃  
Franca) nō censum pēdere semp habet?  
Adde vel hispanos: vel totum p̃tinus orbem:  
Italiam/& calabros/Sarmaticosqꝫ lares:  
Quos metus/atqꝫ timor/regūqꝫ potētia/adegit  
Soluere cōpulsos: magna tributa nimis:  
At nos liberius/nostra quoqꝫ spōte/volentes:  
Rem simul in nostrā: soluimus exiguum.  
Id quod nec census dici poterit/ve tributū.  
Libera sed potius munera p̃sidii:  
Nec minor inde manet libertas prisca/decusqꝫ:  
Quo semp fretus theutonus orbis erat.



Sed nos imperiū rebus succurrimus: vt nos  
Tutari imperiū p̄tegere atq; queat.  
Credatur nec enī parsum mihi: solui ego pensum:  
Perq; libens/dudum: nec rehabere velim:  
Publica quo impediā tam sancta negocia regni:  
Vnde salus patrię pendet/& imperiū.  
Theutona terra igitur capitū patienter obedi:  
Mandatis pare: & fer sacra iussa libens.  
Sic tua stare diu poterūt foelicia scepra:  
Sic virtute tua vincere cuncta potes.  
Qz si verba dei contemnis: subiicieris  
Qui tete oderunt: hisq; tributa dabis.  
Cęsaris ille iubet que sunt: dare Cęsari: & ipsi  
Soluere deinde deo: sunt bona si qua dei:  
Ordine sic currus noster procedet opimo:  
Temonēq; trahent ordine rursus equi:  
Sic quoq; vertemus cancri tam mobile signū:  
Vt cauda obtorta scorpio pueniat:  
Iupiter aspiciet vultu nos forte sereno.  
Firmior Alcocothen Mars quoq; noster erit.



# In Beticū triūphum: con

gratulatio Sebastiani Brant.

Si Fernande tibi possent mea carmina/laudis

Ferre aliquid: vel te concelebrare tamen:

Exigeres id iure tuo: ꝓ Bætica nuper

Tu virtute tua/regna vetusta capis.

Quæ iam mille/minus paucis/amissa ꝓ annos

Mach meti dirū sustinere iugum.

Subdita cunqꝫ tibi dūtaxat Tarracon esset:

Iam subit in titulos Bætica magna tuos

Vieta etiā ꝓ te Lusitania: ferre tributum

Cogetur: atqꝫ tua sunt tria regna manu.

Ordine tu certo/patriā prius esse fidelē

Fecisti: atqꝫ duces sponte subire iugum.

Deinde satisfaciens tituloꝫ/bonoꝫ paterno:

Hispanos omēs tu facis esse tuos.

Iamqꝫ tenes quicquid pyreneo clauditur arcu:

Abluit & si quos magnus Iberus agros.

Quicquid ab extremis disternat oceanus vel

Gadibus: addo etiam regna reperta mari.

O patria/o fœlix Germania: si tibi reges

Aut fortuna pares: aut deus ipse daret.

Credo equidem/cunctus nostris sub legibus orbis

Iam dudū foret: & clymata cuncta soli.

Cōqueror ah qd enī: cū rex modo Maxmilianus

Romani caput & sit decus imperii.

Qui maiora quidē iam dudū facta patraffet:

Si sibi tuta foret debita quæqꝫ fides.

Et faciet maiora fide: modo fata secūdent

Et sua disponat prospera quæqꝫ deus.



De p̄spera regis Maximiliani electōe. Anno. 87  
Falcifer imperiū terrę ante Iouē tenuisse  
Fertur: & assidua pace stetisse solum.  
Alter cęsareo sed semine missus ab alto  
Maxmiliane quidē pacifer orbis ades.  
Equior hic gnatus fueris q̄ Iuppiter olīm:  
Quī patrem regno nō saturande fugas.  
At nouus is modo rex cōcordi pace parentē  
Diligat: obseruet: fata secunda iubent  
Nunc tenet australis domus / hoc sub cęsare mundi  
Totius imperiū qua stat vterq; polus.  
Filius atq; parens orbis moderantē habenas:  
Regibus his redeūt aurea sęcla deum.

Aliud carmen. Anni. LXXXIX.

Sęcula fatales ad nostravenite sorores  
Et sinite huc largo stamie pensa fluant.  
Bella quidē canimus totum sedata per orbem.  
Arbitrio pacis regna ducesq; sedent:  
Signa reponunt / mars horridus inuidet armis:  
Templa coronant frondibus ampla nouis.  
Iuncta manent aquilę postq; tria lilia pullo:  
Arma retractantes hinc socer inde gener  
Nil modo Rhomano fas est obsistere regi.  
Vnum eris imperiū Maxmiliane decus:  
Stemate p̄celfo nupta est tua filia: Galli  
Belgarūq; duces quē timuere deo.  
Regnū id Rhomanis p̄ te reparabitur olīm:  
Alterius modo rex: mox tibi vtrūq; cadet.  
Nec finē statuēt tibi fata / vocabere sęlix:  
Terminus imperiū / sole ab vtroq; tui.



85  
**Ad diuum Maximilianū**

Romanorū regem gloriosissimū: in vitam & cō-  
uersationem regū Iſrahel & Iuda. S. Brant.





# Epilogus Regum circa

Hierosolymā couersantiū.

S. Brant.

**N** Actenus ī mensū regnoꝝ enauim⁹ equor/  
Ordine neglecto quę periere bono.  
Et mala quę nostri pauicq; patresq; tulere:  
Cum causis quur sit nostra minuta fides.  
Nunc age/principiū regum/vitamq; probatam  
Illorum: expedias carmine Musa velim.  
Quo quisq; ingenio: sacra hac versatus in vrbe:  
Pręmia quę tulerit: qualia fata: doce.  
Libertas primū fuit intemerata per orbem.  
Nec seruus quisq̄: rex quoq; nullus erat.  
Sed fuit equalis/natura/vita magistra  
Omnibus: expauit nullus vbiq; parem.  
Cunq; meū/atq; tuū (proh nomina vana) vigere  
Incipiunt: lites/iurgiaq; orta simul:  
Regia tum cepit: tum principis esse potestas:  
Pręstantemq; petit turba misella virum.  
Postq̄ hoies sequire aliis: cepere potentes:  
Vt vim vi pellat/queritur atq; potens:  
Qui bene iusticiam seruans/inopes tueatur:  
Et faciat regis/singula quęq; manu.  
Dicitus & hinc rex est: q; regia scepra gubernet.  
Vt reprobos/armis/legibus atq; regat.  
Cōdita sic Nisybin. Mēphis/Babylōq; Corinth⁹:  
Carra/Tyrus/Rages/Egbathana/atq; thanis.  
Carthago/& Sardis: Arphaxata/Theba/Dama=  
Ilion: atq; orbis/inclya Roma/caput. (scus.



Legit enim regem gens quęq; aut passa Tirannū:  
Sub sceptro / aut diris deguit imperiis.  
At regna hæc / nō iusta: sed vsurpata fuere.  
Se quia præfecit quisq;: sed absq; deo.  
De quibus / O reges (inquit deus) ecce fuistis  
Reges: nō ex me: me ve volente duces:  
Non equidem intrastis ad ouile / p̄ hostia apta:  
Sed clam / raptoris more / modoq; lupi.  
Vnus enim / solus deus / & rex cuncta gubernans:  
Sunt data & a solo regia sceptra deo.  
Qui cœlum & terras / hoiesq; / ferasq; creando /  
Principio: atq; manu rexerat illa / sua.  
Deinde Noe rerum cunctarū tradit habenas.  
Cuius posteritas sceptra tenere petit:  
Regnoq; vsurpans nomen sibi: condidit inde  
Aream turrim: struxerat atq; Babel.  
Cunq; orbis partes varia ditione premebant  
Qua fortuna fauens quęq; / decusq; tulit.  
Rura palestine Chanaan possedit amena:  
Deq; suo hæc proprio nominere regna vocat.  
Post quē Melchisedech / Solimæ q̄ppe sacerdos  
Incoluit (fama est) rex fuit / atq; Salem.  
Rex tñ hic iustus fuit / & sacer / atq; p̄batus:  
Inq; sacerdotem hunc legerat ante deus:  
Prima sacerdotū venerabilis illa potestas /  
Constituit reges: nam prior ipsa fuit.  
Induperatorem facit & si exercitus armis.  
Vnguine sed regem dat sacra sacra sola manus.  
Inde sacrū sceptrū: sacer & rex / sancta corona:  
Inde sacrosanctū dicitur imperium.



Vnde Abraham / velut inferior / dedit obtulit atq;  
Melchisedech decimā: q; sacer ille foret.  
Quin ab eo / velut a sacro / voluit benedicī:  
Abs q; illo panem / vinaq; sancta capit.  
Hunc Abrahā iussit deus: atq; alios patriarchas:  
Mossēum / atq; Aaron / & Iosue / esse duces:  
Non reges: deus ipse etenī retinere volebat  
In populo / hoc solus nomen vbiq; suo.  
Hebrēi iccirco fuerant sine rege beati:  
Directiq; dei solius arbitrio.  
Qui postq; Samuel curisq; annisq; grauatus  
Consenuit: regem murmure sæpe petunt.  
Rex datur a domino: populū qui forte supbum  
Imperio: atq; graui sub ditione premat.  
Primus ita Hebrēis / decies bis / regnat in annos  
Saul: mandata tamen preuaricando dei:  
Perdere cōmeruit regnum / cum stirpe nepotum.  
Nec Samuel poterat vertere verba dei.  
Nempe ministeriū deus / atq; holocausta / refutat:  
Eligīt & iustos / querīt habere bonos.  
Saul tamen vt vestem lacerat / Samuele vetante:  
Sic ab eo regni scinditur imperium.  
Hinc puer & Ionathas: quē iure gemit cytharēdus  
Ante diem patrio crimine / fata videt.  
Hisboseth at binos / Abner duce / regnat in annos.  
Regē sola Dauid / Iuda paterna tenet.  
Vncte dei Dauid: rex optime / fortis / amator  
Iusticiæ: mediū sena q; lustra / regis.  
Quem deus inuenit seruū sibi corde placentem:  
Contuleratq; viro / prospera queq; / bono.



Ocía dum coluít: vario modulamine psalmos  
Concínit: expromens cantica leta deo.  
Ille Iebuseam primus sibi comparat urbem:  
Principio Chanaan quã tenuisse ferunt.  
Hunc sequitur Salomon sapiens/ vereq; beatus:  
SÍ non scemineo versus amore foret.  
Hunc longe ante alios: deus & natura locauit.  
Sed cecidit: decies cum quater/ ipse regit.  
Quo ruit o Salomon tua nam sapientia tanta?  
Quid ve deum linquens/ queris habere deos?  
Inmemor es quantũ / diuina potentia fecit  
Teq; patremq; tuũ: perdere regna paras.  
Heu cadit a magna q̄ religione sacerdos.  
Non potuit scelix tantus homo esse diu.  
Deseruitq; senes Roboam/ iunioribus vsus:  
Conficit & vitulas: septq; decemq; regit.  
Israhel interea/ denasq; tribus/ sibi sumit  
Hieroboam: in veteriq; vrbe sebaſte sedet.  
Iuda & Benyamyn/ domus est Dauid: Solymeq;  
Israhel in dena deficiente tribu.  
Bisq; decem/ atq; duos: qui cũ regnaſſet in annos:  
Nadab eum sequitur: par fuit ille patri:  
Nã malus: vnde duos cũ scēpra tulisset in annos:  
Ceditur: atq; domus Hieroboam interiit.  
Hunc Baasa occidit: peior tamen ipse futurus:  
Bis sena/ & totidem/ tempora seua videt.  
Cui successit Helan: anno tamen ipse secundo  
Ceditur: & regnum dux samaryas adit.  
Ad septemq; dies/ regnans dũtaxat: aduſſit  
Se met: & in partes israhel ire facit.



Alter a nempe Amarym: Teman cupit altera regē.  
Victor sēna Amary tempora/sexq; regit.  
Filius huius Achab fuit: & sine coniuge forsan  
Mansisset foelix: cetera deinde canam.  
Proximus a Roboam: iuuenis successit Abyas.  
Qui mala multa facit: tempora terna regens.  
Asa deum coluit: deus huic victricia/contra  
Aethiopum gentes arma/fidemq; dedit.  
Asa duos/quater & decies regnavit in annos:  
Et bene dum vixit: dona cupita tulit.  
Mox tamen Asa deum linquens: humana reposcit  
Praesidia: hinc meruit fata subire cito.  
Fœdera cum Aegypti pepigit mala rege: pphetā &  
Carcere coniecit: sic moriturq; malus.  
At natus/Iosaphat leges/preceptaq; seruans:  
Et pius atq; bonus: optima queq; videt.  
Nempe Palaestinos/Arabesq; onerare tributis  
Ausus: pace fruens: quinaq; lustra regit.  
Esset ab integro foelix: socialia bella  
Si fugeret: reges sperneret atq; malos.  
Dissimilis patri/Ioram/mala multa peregit:  
Et mala multa tulit: viscera fusa videns.  
Auxit in hoc crimen coniunx sua: saepius vxor  
Causa mali est: annos bis quater ille sedet.  
Rege sub hoc cessant/David que ceperat olim  
Gentis Idumæe regia iura iugī.  
Vinea nec Nabaoth: Iezabel nec pfuit vxor:  
Nec Iosaphat presens: quin moreretur Achab.  
Credere Michæe dum non vult: fata volebant  
Qz falsis habuit vatibus ipse fidem.



Et suus est canibus cruor additus: Israhel ex quo  
Per bis dena regit tempora/praua nimis.  
Filius huic fuerat. similisq; vtriq; parenti:  
Urbe Sebaste annos imperitando duos.  
Flā misero Helyas transuectus ad æthera curru.  
Finem obitūq; suum noscere nemo potest.  
Sed bene q; vixit/letus petit astra: suoq;  
Candida discipulo pallia sancta dedit.  
Dum petis externos Ochofya/oracula/diuos:  
Vera tibi Helyas/ & fera fata canit.  
Quem sequitur frater Ioram: mala cumq; peregit  
Grandia: ter regnat/tempora praua/quater.  
Crimine pro patrio: Ioram/cū matre/pemptū &  
Semen Achab: meritis digna tulere suis.  
Sic deus in ternam/quartāq; vlciscitur vsq;  
Progeniem: iniustus quæ mala fecit auus.  
Alter Ochofyas Solymis vix regnat in annum:  
Materno sed auo/vel patre deterior.  
Cepisti melius/q; desinis Inclyte Hiehu:  
Contemptor superum nempe superbe ruis.  
Te deus vltorem generis delegit iniqui:  
Deseris ecce deū: factus es atq; malus:  
Patrum legitima dum despicias: Israhel annos  
Septē/bisq; decem: te & tua sceptrata tulit:  
Impius existens Ioacham/regit Israhel/annos  
Septq; decē: Syri sceptrata/iugūq; subit.  
Penituit postq; sceleris: deus ipse benignum:  
Pacatumq; sibi se dedit/atq; pium.  
Criminis vt deus est/semper iustissimus vltor:  
Sic quoq; dat veniam: sic miseretur item.



Interea Solymis regnans Athalia superba:  
Per vim sceptrum annos detinuitque duos.  
Perdere dum querit stirpem Dauid venerandam:  
Perditur: & capitis fit rea supplicii  
Inde domus Dauid/debet tibi Ioiada multum:  
Quae Solymis Ioas/te faciente/regit.  
Actum erat Hebraea de gente: & Dauidis aula:  
Legitimisque dei: ni tua facta forent.  
Iustus erat Ioas/donec vetus ille sacerdos  
Ioiada preceptor/viueret: inde ruit.  
Inmemor officii: Zacharie in morte: paterni.  
Iure quidem cesus: lustra per octo regens.  
Israhel alter erat Ioas/foelicior armis:  
Vidit Helyseum/rex bonus ille senem:  
Atque tribus Syros vicibus pugnando peremit.  
Annos bis octo /sceptrum secunda gerens.  
Versus Amazyas simulachra ad vana deorum.  
Perdidit ex merito se/Solymasque sacras.  
Sic deus ultor adest scelerum: sequiturque supbos:  
Viginti atque nouem/tempora dura videt.  
Israhel vndenos/foelici tempore/ad annos  
Hieroboam regnans: auxerat imperium.  
Ionasque ut perhibent: illo sub rege: marino  
Pisce latet: Niuuen dum fugit/atque deum.  
Prospera ab initio tibi fors arrisit Ozya.  
Ipsa tribus Iuda te duce clara fuit.  
Sed tua leprosum te secula superbia fecit:  
Per binos annos denaque lustra regis.  
Per septem menses Zacharias regnat: at illum  
Selle dolo perimens: vinceris atque dolo.



Quiq; domus Hiehu quarta cum stirpe peremit  
Progeniem: mensis vix spacio/illegit. regit.  
Israhel hinc Manahen tenuit/duo lustra/Tirānus.  
Et foris atq; domi seuior/atq; malus.  
Attamen Assyriis sua pendere magna tributa  
Cogitur: atq; aurī quos coluit vitulos.  
Israhel ad binos annos Phacēas: at alter  
Phacēas: decies bis/mala regna tenet.  
Israhel hoc sub rege/tribus tres perdit: & illud  
Principiū seui cepit esse iugi:  
Q; pius & iustus Ioathan: preceptaq; seruas:  
Prospera cuncta vides: sexq; decemq; regis:  
Grēcia olympiades hoc tpe computat: ingens  
Nascitur & Romus. Aesaiasq; canit.  
Iura dei linquis: diuos veneratus inanes:  
Tramite nec patrio concomitaris Achas.  
Hinc mala multa vides: tēpli ornamenta pphanās  
Desipis: ac Iudam/sixq; decemq;/tenes.  
Pro scelere & patrio Zachariās: turbaq; Iuda  
Ceditur: at prohibet vincula gentis Obeth.  
Tempestate illa: Roma est erecta: Sabine  
Sunt thalamis raptę: Remus & interiit.  
Contemptor superū/tu pendere cogis Osęe/  
Israhel/Assyriis dura tributa nimis.  
Suntq;/tribus septem/translatę ad flumina Goze  
Persarum: & Medis montibus impostę.  
Carcere rexq; sedet. Niniuen ductusq; Thobias:  
Vrbsq; novos ciues magna sebaſte capit.  
Purgat Ezechyas populum: & penetralia templi:  
Legitima atq; dei, Sēnacheribq; cadit.



Pace tenet Iudam: sex lustra/anno minus vno:  
Aesaię fretus consilio/atq; prece.  
Q; tamen Assyriis/simplex/ostendit opimas  
Diuitias regni: grande malum inde tulit.  
Pompilius fuit hoc sub tpe Numa: Sibylla  
Claruit Aerythrea: fit Capitelí opus.  
Principio sceleg; transit sub calle Manasses.  
Atq; deum linquens: captus ab Assyriis.  
Quem deus exaudit: moxq; in sua regna remittit:  
Dum petit: vndena & lustra quieta videt.  
Samia tum vates fuit: vrbs quoq; facta Tarenti:  
Hostilius latium Tullus in arma vocat.  
Cum mala vita tibi fuerit trieteride regnas  
Ammon: vis nec auí/nec patris esse memor  
Qui licet ipse fores coruus malus: attamen ouum  
Nobile producís: dissimile atq; tibi.  
Sit decus & virtus Iosif; & fama phennis:  
Nam bonus: in patriis ambulat ille viis.  
Hic studií Dauid / & religionis amator:  
Celsa tulit: lucos abstulit/atq; deos.  
Dum vetat Aegypti regem: sibi funeris auctor  
Exitit: anno vno/sex quoq; lustra regit.  
Ancus erat Romę: & Priscus Tarquinus: eiq;  
Vates virgo dedit/carmina digna legi.  
Impius es Ioacham: perdis tua scepra/regis dum  
Per bis quinq; dies: mensibus atq; tribus.  
Sub specie quem Niliacus rex cepit honoris:  
Carcere sed tandem Reblata detinuit.  
Huic quoq; succedit Ioachym nequissimus alter.  
Aegypti sperans bella: tributa negat



Sæpe illum monuit Hieremias: scriba Baruchq̃.  
Sed frustra: & monito reddita p̃na grauis.  
Igne quoq̃ absumpsit legem / diuinaq̃ verba.  
Et causam interitus dat populo / atq̃ sibi.  
Iuda / igitur migrat diram Babilonis ad urbem.  
Vndena at Ioachym tempora s̃ua videt.  
Tercius / ad ternos menses / deniq̃ diebus  
Cum Ioachym regnat: migrat in Assyrios.  
Iechoniam hunc soluit Babilonis filius: atq̃  
Redditus est illi regius inde decor.  
P̃fuit interea regno patruus Mathanias:  
Qui penitus fratrum moribus assimilis.  
Isq̃ Sedechias sc̃licia regna teneret:  
Cui vel Ezechiel: vel Hieremias adest:  
Sed sua p̃uertit p̃cordia dura senatus:  
Q̃ neq̃ veridicis credidit ille viris.  
Perdidit iccirco regnūq̃ / oculosq̃: regit dum  
Vndenos annos: cecus ab hoste perit.  
Inde domus Dauid cessant regalia sc̃ptra:  
Gens Hebr̃ea omnis migrat abinde procul.  
Et patriam linquens p̃missam patribus olim:  
Cogitur externos concelebrare lares.  
Quem sibi maiorum dederat virtutibus orbem:  
Hunc deus intuitu criminis abstulerat.  
Nec sacra iussa dei: nec vult audire p̃phetas.  
Iure igitur patitur / dira flagella dei.  
Diruta templa iacent: muri: turreq̃ cremant̃:  
Aequanturq̃ solo: mœnia / tecta / domus.  
Aurea vasa dei: sacra ornamenta: sacella:  
Tolluntur placuit: perdere cuncta deo.



Et datus est terrę custos Godolias: at illum  
Hysmahel occidens: pessima quęq; facit.  
Vnde & relliquias Iuda/timor vrget inanis.  
Aegypti & subeunt vincula/sponte sua.  
Qui tamen & gladio/atq; fame periere: pphetam  
Q; minus attendūt: quo sibi fata parant.  
Roma suos reges pfugos facit: incipit atq;  
Consulibus Bruto/Tarquiniocq; regi.  
Sic factū est vt Roma simul: Iudęaq; regem  
Vno desineret tpe habere suum.  
Causa sed in promptu est: scelus/atq; supbia regū  
Perdidit vtrinq; hæc regna: suosq; duces:  
Rex tamen Assyrius Danielem/alioscq; sodales  
Ingenio ornatos: ad studia apta dedit.  
Optima q; studia instituis Nabuchodonozor:  
Q; iuuenes tradis litterulisq; bonis:  
Hinc tua adhuc durat fama/ & durabit in æuum.  
Votum vtinam nostris regibus esset idem:  
Vt potius doctos: potius nutrire poetas  
Percuperent: picas q̄ colere/atq; canes.  
Nam neq; sic canibus similes: piciscq; putandis  
Cōmorerentur eis quas coluere feris.  
Quam bene/ppetua Ptholomęe moraberis aula  
Q; tua cū doctis tempora/ & æra teris.  
Quiq; tua in templum domini donaria mittis:  
Immortale tibi creuit abinde decus.  
Colligis & libros: doctocq; interprete linguę  
Vis domini lex sit q̄ bene nota tibi.  
Inde tibi nomen durans/ & fama phennis:  
Temporibus nullis te finit vsq; mori.



Iuda immortalis te gloria iure sequetur:

Pro patris mortem legibus/vnus obis.

Et facis Antiochi turbam tibi cedere soli:

Atque alios/quibus est gens tua ludibrio.

Audenti tibi nempe deus tulit ipse salutem:

Fortiter & pugnans: fortia facta facis.

Bellator fortis Iudas: vir maximus armis:

Pro patria pugnans fortiter occubuit.

Illius hinc laudes: digna & monumenta: silebit

Nulla etas: dignus carmine nempe graui.

O si Christicolis nostratibus/idem amor: o si

Afforet & fidei zelus: & ausus item:

Fortibus ut patriam defendere sanguine & armis

Auderent: nostri legitima atque dei:

Sic neque Thurce (tuis subituros legibus eheu)

Nos resides: somno comprimeresque graues.

O Ionatha/insidias pateris Triphonis iniqui:

Hostilem expertus/per tua fata/sidem

Gens Iudea iterum tecum perit incluta: postquam

Ah demens/sequeris verba dolosa viri.

Quid templum Garisym? quod prodest magna Sebaste

Cutthei? equantur moenia vestra solo.

Nec vos Antiochus iuuat: nec vestra dolosa

Consilia: Hircanus vos misere ipse domat.

Qui tamen ut fratri inuidit diadema tenere:

Atque sacerdotis vult solio ipse frui:

Destruit hinc fratrum discordia/nobile templum:

Pompeio causa haec obsidionis erat.

Perdita tum demum libertas/quae fuit olim

Hebraeis: Romam dura tributa luunt.



Ob scelus Hebræe gentis: sunt regia sceptrâ  
Sublata: & nunq̄ restituenda sibi.  
Cuiq; deus primū / in p̄nam / p̄misit habere  
Regem: ab eo / ob culpam / sceptrâ cupita tulit.  
Colligere inde licet: fuerit qui regibus olim  
Exitus. & ducibus / regnicolisq; malis.  
Turba quidē regū magna ē: nūerus quoq; multus:  
Sed tamen ex cunctis copia parua bona.  
Multi iter ingressi p̄ Achab: vel Hieroboā sunt.  
Inq; Dauid pauci p̄teriere viis.  
Sic fit: vt in nullo / p̄ secula longa / nepotes  
Imperio steterint: progeniesq; diu.  
Nam pater: aut malus est rex: sine breuiq; fruetur.  
Aut bonus: & nati non comitantur eum:  
Sceptrâ ita non patitur / longo deus esse / maligna  
Tempore: regna quidem tollit iniqua cito.  
Sic Saul: sic Salomon: sic Hieroboamq; / Hiehuq;  
Sic & Achab perit: turbaq; multa ducum.  
Sic vel ab Assyriis / orbis defecit habena:  
Quam Medi / & Persę nec tenuere diu.  
Sic vetus Aegyptus / Sycionia / Troia / Latini /  
Syria: & in lybico littore regna cadunt.  
Sic & Alexander cessauerat esse monarcha.  
Iulia nec temnit / gens vetus imperium.  
Subdola Græcorū sit sceptrâ ablata: nec orbis  
Rhoma diu reatrix / nunc domina esse potest.  
Claudia sic soboles: sic Flauia: sic pia quondā  
Anthoninoꝝ stirps / sine prole / ruit.  
Dat deus & prauis regem plerūq; malignū:  
Est bene digna quidem / gens mala / rege malo.



Græcia sic rursus subiit iuga perfida Thurci:  
Et sceptro / & regis nomine / victa caret.  
Dum complere / dei Pharao præcepta recusat:  
Terra nimis patitur:mersus & ipse mari.  
In luxu est passus muliebria Sardanapalus:  
Inter foemineū ceditur atq; gregem.  
Qz sibi Salmoneus diuinū poscit honorē:  
Fulminis expertus tela / facesq; cadit.  
Qzq; sacerdotes occidit Saul: Iezabelq;  
Hinc tulerant meritis præmia digna suis.  
Qzq; deo dixit male Sennacherib/q; Nicanor:  
Hinc bello & pœna mox perire graui.  
Qz sibi diuinas laudes Nabuchodonosor  
Arrogat: in formā transiit inde ferē.  
Balthasar vt templū dñi / & sacra vasa pphanat:  
Mortem inter mensas & legit / atq; luit.  
Hæc eadem fuerat pereundi maxîma causa  
Pompeio? vt titulum perderet: inde caput.  
Cum fieri iniustus cupit / & sequere: cruorem  
Tum propriū Cyrus mox sitit: inde bibit.  
Lesit Alexander vino furiatus amicos:  
Hinc vino / & socia dignus obire manu.  
Regibus exemplar cupidis / dat Cræsus auaris.  
Et Mydas: sua quos copia perdiderat.  
Regna aliena quidem Darius / Xerxesq; potentes  
Dum cupiunt: patriam destituere suam.  
Dum tibi Crasse nimis placet auri splendor auaros  
Aurea Parthorū iure fluenta bibis.  
Dum sibi nō potuit mentis secreta tenere  
Candaules: regnū perdidit ipse suum.



Iulius ingenio nimium confidit & armis:  
Ceditur ast armis / ingenioq; malo.  
More Polycratís forti confisus iniquę:  
Fortunę meruit cernere iure rotam.  
Occidit p̄prios natos / cum coniuge seus  
Herodes: porcís parserat atq; suis:  
Hic tamen Herodes porca fecundior alba:  
Innocuos pueros: se perimitq; simul.  
Diuinas alter laudes vsurpat Herodes:  
Angelus hinc díro verbere cedit eum.  
Q; Nero / q; Caius truculentí / & Domitianus:  
Sequitiam expertus crimine quisq; suo.  
Vicisti exclamat Iulianus apostata / tandem  
O Galilee: licet te dominũ esse negem.  
Virtutem multi tandem ingemuere relictam:  
Purgari nequít cum mora tarda tamen.  
Multi hostem tenuere diu: & seruare putabant:  
Qui per eum / hostilí mox periere manu  
Saul seruauit Agag: iram incidit inde tonantis.  
Seruat Achab regem: quo perimete luit.  
Desidiaq; graui / multi torpere potentes  
Maluerant: terras perdiderantq; bonas.  
Inq; suis aulis pecorę de more ruebant:  
Dum poterant cęsos conspícere ante / greges:  
Ocia dum somnumq; petunt / & inertía vota:  
In pestes varias: & fera fata cadunt.  
Sic Asia / & Christi tellus prius empta cruore  
Perdita: tam fœdo nunc famulatur hero.  
Et domina / & princeps terrarę: ferre tributũ  
Cogitur: & patitur (proh miseranda) iugũ.



O patria/o Solymę/diuū domus ínclýta: murís:  
Turribus/& fossís/Regia digna domus:  
Tu ne manus Thurcí/paterís scęptrūq; nephādū?  
Tam sacrum calcat/gens tamínata/solum?  
Conqueror ah qđ enim: qđ prima aut vltima dicā?  
Plangere multa iuuat: sed lachrymę impediunt  
Nec reticere queo: pudet ah pudet: illa deorum  
Et regū genitrix/est data pęda malís.  
Híc locus est: quē sí verbís effarier ausís:  
Hanc sedem/atq; domū dixerís esse deí.  
Hoc certe affirmare licet: quoníā deus illam  
Dotauít semper munere pęcípuo.  
O quantū Dauid/Salomonq; & cętera regū  
Turba/vrbem coluit hanc/pcerūq; cohors.  
Atq; Neemías: quanta virtute laborat  
Vt pater: hanc patriam gentibus ípse suís.  
Quot gemitus? vel quot suspíría/traxit ab imo  
Pectore: vt hac possent vrbe habitare suís?  
Iuuít ídem scríptísq; suís factū/bonus Esdras.  
Tantus amor patrię: tantus amorq; locí.  
Magnus Alexander monítu p̄suasus ab alto  
Abstínuit: bello nec violauít eam.  
Dū leuat ípse manū cōtra hęc: oculosq; Nícanor:  
Et línguā atq; oculos perdídít/atq; manum.  
Hanc spoliare ferus dū vult temere Heliódorus:  
Pertulít ín tergo díra flagella deí.  
Destruit at Christi necís vltor Vęspasianus:  
Et Tytus ínuitas íntulít igne manus.  
Helyus hęc Cęsar restaurans gręculus vrbem:  
Maiorem fęcít mœnibus/atq; gyro.



Quin & Caluarię muro circūdedit arcem:  
Deq; suo nomen nomine tradit ei.  
Queq; salem primo: Iebus de hinc: Hierusalēq;  
Et Solymę: tandē hęc Hēlia dicta fuit.  
Insuper & phibet/ne quisq; intraret eandē  
Iudęus: pateat sola ea Christicolis.  
Vnus eis templū concessit ibi Iulianus.  
Quod terræ motu corruit inde cito.  
Quin & reliquię ferri de fulmine flagrant.  
Iudęisq; dedit: gentibus atq; metū.  
Cęsare sub Phoca: Persę Cosdroe rector  
Occupat hanc/rursus sub ditione tenens.  
Tēplaq; destruxit/& relligiosa sacella:  
Ac partē secū duxit abinde crucis.  
Mox tamen Hęraclius/vrbisq; Crucisq; triumphū  
Egit: at euicta Perside/deses erat.  
Hęresis illius: causam dedit: vt Machumetus  
Et Lybię/atq; Asię/sine potitus erat.  
Quiq; Arabes primū: mox cętera regna fefellit:  
Ille Palęstinā & Hierusalemq; capít.  
Subq; iugo tenuit per tempora longa: sacratę  
Et dominata vrbí est gens maledicta diu.  
Donec magnus eā/re/nomine/corpore/gestis:  
Carolus: ad priscum duxit vbíq; decus.  
Oggerus hoc etiā sub tpe/vicerat Indos.  
Atq; illis regē presbiterūq; dedit.  
O q̄ grande opus hoc fuit: & p̄ secula cuncta  
Mirandum: o virtus q̄ bene digna viro.  
Ille Indis regē/& Papam dedit: haftenus & qui  
Durat: & in solio p̄manet vsq; suo.



Fama est/hunc summo nup̄ scripsisse libellos  
Pontifici: atq; fidem tum renouasse suam.  
Nos patriam in patria: nos regna / vrbesq; fideles  
Perdimus: & nutat / vix retinenda fides.  
Proinde fuit leuius / pauisq; / atauisq; / remota  
Perdere regua / vrbes: q̄ loca auita tamen.  
Sed nō sacra diu potuit tellus / Saracenis  
Obniti: tantis hostibus atq; malis.  
Præcipuo / quia Cæsaribus contraria nostris  
Mens: terre illius regibus atq; fuit.  
Quæ causa euertit / ceu regna potentia / & vrbes:  
Heu cecidere etiam sic orientis opes.  
Sic Thurcus / bis sena prius sibi regna parauit:  
Et duo (quæ nequeo flere sat) imperia.  
Sic sibi Soldanus Babylonis: templa sacrata /  
Et tumulū / atq; vrbem / possidet ipse sacram.  
Et nihil est Lybies: nihil est Asiæq; relictum:  
Sublata Europæ pars quoq; magna deo.  
Vtq; alios taceam / quorū mihi mentio / forsan  
Tædia vel possit: vel parere inuidiam:  
Sit satis id dixisse / iterūq; / iterūq; resumptū:  
Nemo malus potuit regna tenere diu  
In promptu causa est: deus est iustissimus auctor  
Regnorū: & custos / & dator imperii.  
Ille & zelotes fortis regumq; ducumq;  
(Nempe sua pendent regia scēpra manu)  
Is cui complacuit regnū dedit: abstulit atq;  
Cui voluit: mutans illa vel illa cito.  
Maximus ipse deus: nobis qui nuper opime  
Regna Palæstine / & prædia Syra dabat:



Quando Godofredum regno p̄fecit ameno  
Et sacrū voluit nos rehabere solum:  
Ille tamen/postq̄ nostra exegere/maligna  
Crimina/mox patriam quā dedit abstulerat.  
Vix deciesq̄ nouem nobis concessit in annos  
Terrā hāc: eiciens nos p̄cul inde cito:  
Perfidā ibi potius gentē:& Mahumetica scēptra:  
Quā nos christicolas vult tolerare malos.  
Quiq̄ prius totiens sceleratā abiecerat inde  
Iuda: habitare diu nos neq̄ sustinuit.  
Nam deus est vltor sceleris/regūq̄ ducumq̄:  
Puniat vt prolem progeniemq̄ mali.  
Rex igitur bonus obseruet virtutis amorem:  
Discat & in primis cōmeminisse dei.  
Cōmunem si quid tangat fortasse salutem:  
Hoc agat:& stabunt sic sua regna diu.  
At quia p̄ proauos/atauosq̄/in regna vocatus:  
Per genus omne tuum Maxmiliane venis.  
Continuata in te virtus descendit auita:  
Degenerem neq̄ te credimus esse tuis.  
Credimus ah quid enim! scimus te nempe fidelē  
Esse deo:& dignū fascibus imperii.  
Integra consilia & tibi sunt: secreta tenere/  
Tu potes: es viduis pauperibusq̄ pius.  
Tu pater es patrię: tu seruantissimus equi:  
Tu decus imperii: tu fideiq̄ salus.  
Cętera (blandiri videar ne forte) silebo.  
Te solum/regem terra sacrata cupit.  
Deq̄ tuis eadem spes certa nepotibus: olim  
Q̄ regnaturi scēptra secunda gerent.



Ecce humeris defers/mundí rex fortis habenas:  
Iure tibi paret: quicquid in orbe vides.  
Crescere nunc sub te/potis est respublica Christi:  
Iamq; augere sacrú tu potes imperium.  
Et facies: nam nec frustra te rector olympi:  
Rectorem populo p̄ficít esse suo.  
Insita nec virtus patitur tua/ marceat in te/  
Torpeat aut animus/nobile & ingenium.  
Inq; tuo vultu residens energia: monstrat  
Te fore magnanimum/christicolamq; bonú.  
Spes (scio) non fallet de te q̄ cepimus olim:  
Auctorem canerem cū fore te imperií.  
En tibi missa venit summo victoria coelo:  
Carolus hac fretus/digna trophæa tulit.  
Cesaris arma capis: animū cape cesare dignū:  
Et videant gentes Cesaris arma procul.  
Fac hostes videant: q̄ nostro tradita regi  
Desuper: inq; sua sint fera tela manu.  
Nec tibi forte putes Vulcanū hæc arma parasse:  
Sed quē cuncta timent p̄stitit ipse deus.  
Quis nam igitur tua non metuet nō arma veretur?  
Expectetq; procul horrida bella tua?  
Rumpe moras: thurci nutant iā regna nephandi:  
Atq; Asia aduentus augurat esse tuos.  
Te timet Aegyptus: Soldani & regia tellus:  
Turbidior Nilus: q̄ solet ante: fluit.  
Perge modo: exponunt en terga fugacia Thurci:  
Dant iaculo/& telis/vulneribusq; locum.  
En trepidāt: post terga vidēt (tua gaudia) Thurci:  
Quos deus in regis tradidit ipse manus.



Quandoquidē o bone rex: talis te cura remordet:  
Fac videant cuncti te properare tamen.  
Addere miliciam poterit ibi & vbiq; Philippus  
Filius: & patrię concomes esse vie.  
O tibi Germani q̄ fortia pectora/ & arma  
Pręstabunt: multos Theutones atq; bonos.  
Nec tibi defuerint Belgę: Hungariciq; paratus:  
Audiet & Gallus classica (crede) tua.  
Sponte sua multos reges/ populosq; potentes  
Inuenies/ tecum qui procul ire velint.  
Prona est/ vt tecū christi gens cuncta peragret:  
Atq; adeat duras te duce turba vias.  
Itala te tellus/ cruce te signata sequetur  
Gens multa: incepto sydera cuncta fauent.  
Te pius expectat: Hispani gloria regni  
Fernandus: Betym qui modo victor habet.  
Gręcia te expectat iā dedignata tirannum  
Thurcorū: gentis perfidiamq; suę.  
Te cupit Antiochi/ cupit vrbs te magna Byzanti:  
Tu facere vt tua sint hęc duo regna potes.  
Iam facile est Gręcos reparare/ & Achaica regna/  
Macedonasq; leues: tu modo perge cito.  
Te moueat tellus veneranda: & sanguine multo  
Empta redemptoris: cū precio atq; graui:  
Quę ter centenos iam iam violata p̄ annos:  
Heu patitur durum/ sustinet atq; iugum.  
Ne patere: hęc calcet pedibus Mahumetica turba:  
Polluat & sacrum/ gens maledicta/ locum.  
Heu blasphemā deo gens/ incolit arua beata:  
Et fruitur dulci/ turba prophana solo.




Quin etiã hũc nostris hostẽ in penetralibus/e heu  
Cernimus: Illyria/Dalmatiacq̃ fruĩ.  
Et dormimus adhuc: si nõ iniuria christi:  
Nec mouet Europeã iã periũsse caput:  
At saltem pudeat/sẽua hæc obprobria/scædo  
A populo: nostris facta fuisse viris.  
I/ cito maxime rex: tibi sic deus oro benignũ  
Prestet iter: faueat principisq̃ tuis:  
Ecce Asia expectat: te Græcia postulat: & gens  
Quæ colit Aegæos Ioniosq̃ sinus.  
Addo Palestinẽ tam pinguiã rura sacratẽ:  
Te fata & superi/te deus ipse monet.  
Perge igitur rex sancte cito: te fulmen acerbum  
Thurcorũ: voluit maximus esse deus.  
Qui stabile efficiat regnũ tibi: scẽpra beando  
Sub pede dum teneas scẽcula cuncta. Vale.

Hoc Titionis opus/rex inuictissime: grata  
Mente cape: & pueri/Brant/Epitoma tui.

## Ad cunctos Rhomano

imperio subiectos: elegiaca exhortatio contra  
p̃fidos & sacrilegos flamingos. S. Brant.

**N** Scipite o reges quã nostrũ polluat æuũ:  
Horrendũ dictu(dũ meliora) nephas.  
Eloquar: an sileam: sed enim reticere pigebit:  
Mens licet hoc facinus cõmeminisse stupet.  
Horreo: calliopes sine numine / corde tremisco:  
Excitias pauidũ pectore musa metum.





Nam sine te calamus habet: ingeniumq; labascit:  
Carminis exorsum te faciente traham.  
Dicite crudeles: q̄ vos furialis erichtho  
Impulit: anguicoma tisiPHONE ve/bruges:  
Dicite latrones cymbri: flamingica monstra:  
(Iam nimis hæc vobis noia vera manent)  
Vos ne ducem vestrū: regēq; in vincla petistis:  
Rhomani specimen & caput imperiū.  
Carcere vos ne pudet scapulos seruare sacratos:  
Vinctaq; membra dei: terra dehisce velim.  
Diis iuisa herebigēs / deuoluaris ad ima  
Ascalaphi sedes: pallida regna Iouis.  
Seq̄uat in cineres: vmbra / manesq; sepulti  
Flāmingi: phlegethon: cerbereusq; triceps:  
Aeterno premite accubitu conuiuia cymbri:  
Harpyiæ: eumenides: tartareiq; canes.  
Sub phlegiis: & salmoneo: aloi disq; gemellis  
Si quis erit claudat circulus ater eos.  
Sit noua nec vulgaris adhuc: quā certe barathro  
Gandauī expectent: poena tremēda quidē.  
Efferat quę lea vos: tygris / vel inhospita syrtis  
Progeniit: tales quæ rogo terra viros?  
En documenta datis qua sitis origine nati:  
Quodq; ferus genitor dacus & hister erat/  
Ipse pater rerū: mores vitāq; prophanā  
Plurimus exundans non tulit oceanus.  
Vos pepulit regno quondam: per littora rhēni  
Tenditis in gallos: inde & in italiā.  
Rhoma quidē prædæ fuit: & populantur agelli:  
Rhomulidę a vobis cæde fugaq; ruunt:



Sternitis heu multos: sed nulla potentia longa est:

Templa prophanant foemina virq; lugent.

At mariana manus finem facit: ipseq; capus

Raudi<sup>9</sup>: vsq; madet sanguine cymbre tuo.

Cosulis expertus pri<sup>9</sup> es: nunc caesaris arma

Victricesq; aquilas i probe cymbre feres.

Senties ecce iterum gens/ saucia milite nostro

Quid Rhomana valent proelia: tela: manus.

Foemia filiolos iterum: & mactare maritos:

Et generos discet: perdere seq; cruce.

Nectetur pede q; drupedum laqueo tua coniunx:

Puluere qui verrant exagiten equi.

Exurge o caesar: iust<sup>9</sup> dolor: atq; pna

Te moueat pietas: filius ecce iacet.

Prodeat in campu: bipatens iouis ales: apertum:

Comonefac vrbes: regna: ducesq; cie.

Dic coeat tribotes. nemetes/ bataui atq; britani

Et domus australis: norica vallis item:

Tum belge longisq; leues sassones in armis:

Baceni lucus: hercyniumq; nemus.

Ac rhoeti: treuir: mediomatrices: hyberni:

Baiouari: Tungri. Vangionesq;. Vbii.

Crinibus & tortis adeat haec bella sicambri:

Nobilis expassis suae venito comis.

Tenchateri: vsipetes: menapi. phrisiisq; turigni:

Non hassos lateat: non ea pugna monam.

Natuates: grunes: magucia: vestfalus ad sit:

Boii: ceracates: danubiiq; situs.

Surgat & arctoo spumas a vertice rehus:

Scalden: atax: isara: & mosa: lemānus: arar;



Et mogona atq; athesis: nabalía: sambra mosella  
Neccharus / & varus: illiricusq; sinus.  
Tuq; adeo antiquas vires Basilea: decusq;  
Deprome: vt fidã cęsar adesse sciat.  
Nanq; potes: solita es bello te offerre minacem  
Rhomano inuisis gentibus imperio.  
Primas sepe acies & prelia prima subisti:  
Fac age te talem cęsar vbicq; probet  
Rauracios cymbri cognoscant: flandria tota  
Vista sub his: fortes sentiat esse viros.  
Deniq; ad occiduũ quisquis iacet aut orientem  
Audiat argutas cęsarís arma: tubas:  
Cęsarís hostis erit / quisquis non cęsarís hostẽ  
Occidit: perimit: persequiturq; fugat.  
Quẽ nõ comoueat vetulus pater ille senexq;  
Grandęuus genitor: męstaq; canicies.  
Ille inq; cuius quatit æger anhelitus artus:  
Spiritus effoeto corpore vixq; sedens:  
Illius vna salus: spes vnica: natus & heres:  
Qui solus patrium nomen & arma gerat:  
Tentus in vrbe sua: serui periuria / vimq;  
Passus: & a famulis heros acerba luit:  
Supponunt alios chordis fidibus q; ministros  
Regis in aspectu: membra q; fune trahunt.  
Hi regi obiectant prædam: captumq;prehendũt  
Et capto illudunt: probra q; multa ferunt.  
Maxmilianus at hiclux orbis: gloria regni:  
Tutor & imperii: presidiumq; patris.  
Quem vel in egregios mores animumq; virilem  
Excitat insignis austria: clara: potens.



Integra nobilitas / & bello viuida virtus:  
Quodq; decet regem nil sibi nilq; deest.  
Nemo igitur qui non miseret natiq; patrisq;  
Quin velit vlciſci turpia facta manu.  
Tam ferus inmanisq; agathersus / acercq; gelonus:  
Quin doleat: scithico nemo sub axe manet.  
Theutones hinc fortes: vltrix puicia: pelle  
Pelle moram: nectū cęſaris hoſtis eat.  
Ferro adeunda via est: ſcelus exoluiffe nephādos  
Profuerit: pendant quod meruere bruges.  
Non decet / hoc ciues ſub caſu ducere ſomnos:  
Rupta quies modo ſit: ſurgite in arma viri.  
Perdite flāmingos: gandauos perditē diros:  
Tollatur tantī fons & origo mali.  
Cuſpide p̄longa veteres torquete cateias:  
Sulphureos ſpargāt ænea vaſa globos.  
Pectore romphęam cymbri ancipitem: iuguloq;  
Condite: rumpantur guttura: colla ruant:  
Angite tranſfixas: laqueo perſtringite fauces:  
Subdantur celeres mortis ad omne genus.  
In mare p̄cipites turbate: agitate rebelles  
In freta latrones: ſanguine ſtagna flu ant.  
Caſtrenſis turres / & mœnia flamma ſubintret:  
Aclides & glandes: ſpīcula tetra cadāt.  
Fulminis a cta modo: contorta phalarica currat:  
Harpaga: falx: conti: ſcorpio: parma: ſparus.  
Ariete ſacrilegos in terram ſternite muros:  
Saxa cadant ſaxis: diſcutiatur humus.  
Nulla fides his ſit: pereāt: hęc ſœdera ſunto:  
Supplicio pœnas quas meruere luant.



Phas & iura sinunt vrbs hæc paciatur aratrū:  
Aequeturq; solo terra nephanda suo.  
Non alias statuunt leges minoia regna:  
Erygone hoc libripens virgo decora iubet.  
Germani antiqui sic sic iuuat esse decori  
Imperio: virtus pristina: visq; monet.  
Arma duces ferte arma citi: paribusq; timete  
Posse capi a vestris gentibus: insidiis.

## De fulgetra inmani ianua

Anno &c. xcii. prope Basileam in agros Sunt  
gaudij iaculata. Sebastianus Brant.

**D**erlegat antiquis miracula facta sub annis  
Qui volet: & nostros cōparet inde dies.  
Visa licet fuerint portēta / horrēdaq; monstra:  
Lucere e celo: flamma / corona / trabes /  
Astra diurna / faces / tremor & telluris hyatus:  
Et bolides / Thyphon / sanguineus q; polus.  
Circulus: & lumen nocturno tpe visum /  
Ardentes clypei & / nubigenęq; ferę.  
Montibus & visi quondā concurrere montes:  
Armorum & crepitus / & tuba terribilis.  
Lac pluere e celo visum est / fruges q; calybsq;  
Ferrum etiam / & lateres / & caro / lana / cruor /  
Et sexcenta aliis / ostenta ascripta / libellis:  
Prodigiis ausim vix simile nouis.



Visio dira quídem Fridericí tempore primí:  
Et tremor in terris/lunaq; solq; triplex:  
Hinc cruce signatus Friderico rege secundo  
Excidit inscriptus grandinis hymbre lapis.  
Austria quē genuit senior Fridericus/in agros  
Tercius hunc p prios: & cadere arua videt.  
Nēpe quadringentos/ post milie pegerat annos  
Sol nouiesq; decem signifer/atq; duos.  
Septē p̄terea dat idus/metuēda nouēbris:  
Ad mediū cursum tenderat illa dies.  
Cū tonat horrendū: crepuítq; per aera fulmen  
Multisonū: hic ingens concidit atq; lapis.  
Cui species delte est/aciesq; triangula: obustus  
Est color / & terre forma metalligerē.  
Missus ab obliquo fertur: visusq; sub auris  
Saturni qualem mittere sydus habet.  
Senserat hūc Enshei. Sūt gaudia sensit in agros  
Illíc insiluít/depulatus humum.  
Quí licet in partes fuerit distractus vbíq;  
Pondus adhuc tamen hoc continet/ ecce vides.  
Quín mirū est potuisse hyemis cecidisse diebus:  
Aut fieri in tanto frigore cōgeries?  
Et nisi Anaxagore referant monimenta: molarem  
Casurū lapidē: credere & ista negem.  
Híc tñ auditus fragor vndiq; littore Rhēni:  
Audiit hunc Vri p̄ximus alpicola:  
Norica vallis eū/Suēuī/Rhētiq; stupebant:  
Allobroges timeant: Francia mota tremít.  
Quícqd id est/magnū portēdit (crede) futuꝛę  
Omen: at id veniat hostibus oro malís.



# ¶ Folgetre immanis iam nunc

Anno: xcii. septimo idus Nouembris: ppe Basileā  
in agros Sūtgaudię iaculatę: in Neniā mortis opti-  
mi imperatoris Friderici: consolationęq; & exhor-  
ationem Diui Maximiliani/explanatio. S. Brant.

**M**Irū nup̄ erat/saxū cecidisse: tepenti  
Sole: hyeme in mediā: pondere fulmineo  
Quod libris pondo tercentū: ruperat agros  
Cęsarıs: atq; Enshein de ppe pressit humū.  
Quid sibi signet idē: docuit post exitus ingens:  
Et ventura magis tempora nostra scient.  
Magnos magna notāt: lapıs hīc quī grādıs ab alto  
Decidit: ingentes denotat atq; duces:  
Hunc reor interitū tibi p̄stantissime Cęsar  
Portendisse: tui fata vel imperiū.  
Te friderice petens: omen tibi triste reportans  
Atq; importuna te quoq; morte vocans.  
Abstulit imperiū caput vnum/casus ab alto:  
Terret & australes: cęsare nempe carent.  
Prosequar hīc merito lachrymis/tua maxie Cęsar  
Funera: & ingratas exequiasq; tuas.  
Viuere dignus eras Cęsar: iam viuis in astris.  
Mors tua flenda licet: non moriere tamen  
Nam tua te dignū/superorum tangere mensas  
Optima vita facit: conregere atq; deo.  
Quī iustus/clemens/quī seruantissimus equi:  
Quī quoq; perpetuę pacis amator eras.



Heu nimis o fulmen/vates mihi verus: & auctor  
Tristitię: ah finem Cęsari adesse canis.  
Qui prius in longa Germanos pace regebat:  
Et paci morem dux bonus imposuit.  
At modo morte sua/scęptum: & diadema reliquit  
Tutori/ & nato Maximiliane tibi.  
Quo fit vi horrifono cū murmure/cūq; tonanti  
Voce cadens: regem te monet ille lapis:  
Atq; tuam famam per secula longa futuram  
Nunciat: & Thurcis incutit ille metum.  
En tibi/num presens/rex inuictissime/saxum  
Intonet: & famam tollat in astra tuam!  
Ecce humeris defers/mundi rex fortis habenas:  
Iure tibi paret: quicquid in orbe manet.  
Crescere nunc sub te potis est respública christi:  
Iamq; augere sacrum tu potes imperiū.  
Et facies: nam nec frustra te rector olympi:  
Rectorē populo p̄ficat esse suo.  
Insita nec virtus patitur tua/marceat in te/  
Torpeat aut animus/nobile & ingenium.  
Inq; tuo vultu residens energia: monstrat  
Te fore magnanimū/christicolamq; bonum  
Spes (scio) non fallit de te q̄ cepimus olim:  
Auctorē canerē cū fore te imperii.  
En tibi missa venit sūmo victoria celo:  
Carolus hac fretus/digna trophęa tulit.  
Tempus adest bone rex/redeant Saturnia regna.  
Inq; tuas redeat sacra terra manus.  
Cęsarís arma capis: animum cape cęsare dignum:  
Et videant gentes Cęsarís arma procul.



Fac hostes videant: quæ nostro tradita regi  
Desuper: inque sua sint fera tela manu.  
Nec tibi forte putes Vulcanum hæc arma parasse:  
Sed quem cuncta timent prestitit ipse deus.  
Quis nam igitur tua non metuet/non arma veret?  
Expectetque procul horrida bella tua?  
Rumpe moras: thurci nutant iam regna nefandi:  
Atque Asia aduentus augurat esse tuos.  
Te timet Aegyptus: Soldani & regia tellus:  
Turbidior Nilus: quæ solet ante: fluit.  
Perge modo: exponunt en terga fugacia Thurci:  
Dant iaculo/& telis/vulneribusque locum.  
En trepidant: post terga vident (tua gaudia) Thurci  
Quos deus in regis tradidit ipse manus.  
Quandoquidem o bone rex: talis te cura remordet:  
Fac videant cuncti te properare tamen.  
Addere miliciam poterit tibi nepe Philippus  
Filius: & patrie concomes esse viæ.  
O tibi Germani quæ fortia pectora/& arma  
Prestabunt: multos theutones atque bonos.  
Nec tibi defuerint Belgæ: Hungaricique paratus:  
Audiet & Gallus classica (crede) tua.  
Sponte sua multos reges/populosque potentes  
Inuenies/tecum qui procul ire velint.  
Prona est/vt tecum christi gens cuncta peragret:  
Atque adeat duras te duce turba vias.  
Itala te tellus/cruce te signata sequetur  
Gens multa: incepto sidera cuncta fauent.  
Frigida Saturni stella accipietur in eodem  
Belligeri Martis: pertimet arma tamen.



Mars tuus optime rex: laqueo gladioq; fugabit:  
Sub pede falcigerū deprimet atq; senem.  
Te pius expectat. Hispani gloria regni  
Fernandus: Bety m qui modo victor habet.  
Te vocat vt propere venias rex Sarmata Ruffus:  
Qui spondet terram velle aperire suam:  
Quę via longa quidem / variisq; ambagibus ampla  
Tuta tamen: mala nec sustinet illa maris.  
Gręcia te expectat iam dedignata tirannū  
Thurcorū: gentis perfidiāq; suę.  
Te cupit Antiochi / cupit vbrs te diua Byzanti:  
Tu facere vt tua sint hęc duo regna potes.  
Iam facile est Gręcos reparare / & Achaica regna /  
Macedonasq; leues: tu modo perge cito.  
Te moueat sacra terra deo: quę sanguine multo  
Empta redemptoris: cū precio atq; graui.  
Quę ter centenos iam iam violata per annos:  
Heu patitur durum / sustinet atq; iugū.  
Ne patere: hęc calcet pedibus Mahumętica turba:  
Polluat & sacrū gens maledicta locum.  
Heu blasphema deo gens / incolit arua beata:  
Et fruitor dulci turba pphana solo.  
Quin etiā hūc nostris hostē in penetrabilibus / e heu  
Cernimus: Illiria / Dalmaciaq; frui.  
Et dormimus adhuc: si nō iniuria christi:  
Nec mouet Europę iam periisse caput:  
At saltem pudeat / seua hęc obprobria scędo  
A populo: nostris facta fuisse viris.  
I / cito maxime rex: tibi sic deus oro benignū  
Prestet iter: faueat principiisq; tuis:



Sic precor in patriis: nati/chariq; nepotes

Sedibus insideant: cesariis q; tui.

Vt decus egregium hoc veniat te Cesare nobis:

Vt liceat terra/mel fluitante/frui.

## Ad Reuerendissimū pa-

trem & dominū Iohannem Dalburgi Worma-  
tiē. p̄sulē: de salutifera Sūmi pontificis Ale-  
xandri sexti: cum Serenissimo Maximiliano Ro-  
manorum augusto: Aliisq; nonnullis regibus p̄i-  
cipibusq; Christianis: Anno dñi. 1495. Kalēdis  
aprilibus: facta confederatione: congratulatio.

Sebastiani Brant.

**E**T si Vangionū p̄sul venerande Iohannes

Dalburgi: doctum te/celebremq; scio:  
Viq; adeo vt cunctę: sint ad tua vota volentes

Castalides (genitę sunt tibi quippe domi)

Non tamen hanc crudā potui cohibere Thaliā.

Aut tibi non: leuibus ludere, versiculis.

P̄sertim cū te: nostras curare camēnas

Pertenues (fama sic referente) rear.

Quicquid id est: tua me dignatio sancta beabit

Cū me: nec visum: maxime p̄sul ames.

Quo fit: vt hec subito mihi significata relatu:

Carmine currenti p̄uolucricq; canam.

Accipe (parua licet) quę si fors antea: scripto

Noueris: at versu non modulata tamen.

Diuus Alexander/diuiño numine/Sextus

Qui Petri sedem possidet/atq; locum:



Is memor: vt valeat Iponlam Christi/atq; colūbā  
Seruare: hostiles & fugere insidias:  
Quoq; ratem ecclesie seuis defendere ab vndis:  
Ducere & in portū: protegere atq; queat:  
Cōuocat auxiliū: regūq; ducūq; potentum:  
Qui christi: & proprias contueantur opes.  
Centum oratores Venetū mittuntur in urbem:  
Qui legē exponant fœderis: atq; ligē.  
Pacta placent: veteri iunguntur fœdera ritu.  
Quinq; iuuat lustris continuare ligam.  
Primus ad id fœdus legitur/Rex maximus armis  
(Vnde etiam nomen Maxmilianus habet)  
Cuius ad arbitriū volat: & reuocatur ab alto  
Illa biceps ales: quā Iouis esse ferunt.  
Maxima Belgarū pars quē: & Germania tota  
Percolit: & quicquid Rhenus/& Ister habet  
Hic quoq; Alemānos/fortissima pectora/secū  
Ducet: & expertos in fera bella viros.  
His ppere Italiā/Romāq; tuebitur: armis  
Vt decet: inde hostes deprimet omnigenas.  
Vnde tua nuper conuentum indixit in vrbe  
Vangionū: noster rex decus Imperii.  
Atq; illuc vrbes: populosq; ducesq; coartans  
Hortatur: sanctam protegere ecclesiam.  
Alter ab Hispanis rex illustrissimus armis  
Et virtute pari: victor & ipse potens:  
Ferdinandus adest: Bethym qui nup: & Afros  
Sub forti domuit: detinet atq; manu.  
Additur huic coniunx: flos & specimen mulierū  
Helizabeth: animo non minor illa viri.



Ingenio quoque gens victa dolet Saracena:  
Iudei expulsi: pax quoque facta suis.  
Ternum deinde locum / Venetus tenet ille senatus:  
Hadria cui seruit: Illyricumque fretum.  
Qui virtute sua: regnum maris hactenus armis  
Tutatus: longe sceptrum secunda tenet.  
Quartus inter sequitur quodam Comes: at modo princeps  
Qui Mediolanos: Angleriamque regit.  
Quattuor his subnixae: manet bene tuta / columnis:  
Mater apostolice sedis: & alma parens.  
Sive Gethæ: Thureus seu debellandus: Arabsve  
Quattuor his: hominum vincit omne genus.  
Nescio quid fati diuina potentia monstrat:  
O bona temporibus secula nata meis.  
Quis saltim a prima repetens vel origine mundi  
Talia commemoret? seu parua vlla ferat?  
Sed faxint superi: pacemque hoc tempore: nostris  
Dent rogo principibus: Christicolisque bonam.  
Quo vel Thureorum rabiem / Mahumeticamque arma  
Rex meus / Europe pellere sine queat:  
Rex inquam meus: & Cesar. quo sospite: saluus  
Semper ero: viuat Maximilianus Amen.  
Optemus Iuuenes / pueri: innupteque puellæ:  
Atque viri: mundo sit liga tanta diu:  
Duret: & extremo donec sub Iudice: finem  
Regia sceptrum suum sint habitura: precor.  
Tu tamen interea presul doctissime / viuas  
Aeternumque vale: vir memorande vale.  
Quemque tuo nup dignatus amore fuisti  
Diuine Antistes me / vehementer ames.



Sic tibi propiciū videas sine fine tonantem:  
Sic pateant cœli/post tua fata fores.

**Ad Reuerendissimū in chri**  
sto patrē & dominum/dñm Iohannem Antho: de  
sancto Georgio: Episcopū Alexādrinū: Sanctęq;  
Rhomāę ecclesię Cardinalem dignissimum: De  
Inundatione Tybridis. Anno dñi. Millesimo qua-  
ter centesimo nonagesimoquinto pridie Nonas  
Decēbris/facta: Elegia/Sebastiani Brant Basiliē.

**A**Vdierant rapidi iam pridē flumina Rhēni  
Qz Tyberine furens intumuisse aquis:  
Nec reperire viam qua te te euoluere rursus:  
Tyrrenū & posses in mare tendere iter.  
Sed per Romuleas grassans furibundior eges:  
Magna tuis replet mētia fluminibus.  
Scilicet octenis cubitis per cuncta leuatus  
Compita: per plateas ducis in vrbe rates.  
Qualis ab aduentu troianę classis: adusq; hęc  
Tempora: non fueras tu vel/aquę ve tuę.  
Nam neq; tantus eras quādo vetus Albula nomē  
Liquisti: atq; furens/regia scęptra rapis.  
Nec te tam seūū p̄sensit Amulius olim.  
In te: cū neptem mergeret inmeritā.  
Nec tum tantus eras/cū Phoca principe: secta  
Machmeti p̄nix/mundo oriunda fuit.



Cesare stagnabas Ludoico Tybri secundo.

Non tam dira tamen: tot ve pericla dabas.

An molem fors angelicam munire volebas?

Et dare fossatis/flumina tuta nouis.

Fama est: tot villis te inclusum Tybris vtrinq̃.

Vt nulliliceat flumini abire minus.

Nunc tamen excretus/moles neq̃ respicis vllas.

Aggere nec potuit te retinere solum.

Qui prius Italicas merces placidissime vector

Duxisti/& charū quicquid in orbe manet.

Nunc o seque/domos: Romani & culmina recti

Abstrahis: & quicquid Roma decoris habet.

Proh nimiū tumido/spumoso & vortice turgens:

Asper & inmanis corpore Tybris eras.

Sis licet hybernis fluuīs cōcrescere suetus:

Te tumidū & faciant frigora sepe niuis:

Nunc tamen excurrens/nimiū auxiliaribus vndis

Fretus/ad insolitas ausus es ire vias.

Tu Capitolini Iouis eodem aspergine roras:

Tu fora Traiani/littoris instar habes.

Tuq̃ niuem rupis Tarpeie abducis: & intra

Esquilias/vndis amphitheatra lauas.

Quisquis in vrbe fuit: non se reputauit in vrbe

Tum fore Romana: sed Venetū esse loca hec.

Nullus enim aspectus fuit omni pristinus vrbi.

Pristina nec facies: nec decor vllus ei.

Nulla etiam flore campo spaciamina plebi.

Vix tuta in medio gens satis vrbe fuit.

Id nimis indoluit Boreę de vertice Rhenus

Cuncta videns: veritus Deucalionis aquas.



Scilicet id metuens / quod adhuc timet inclytus am  
Ne Romā euertens Eñōsigeus aquis: nis:  
Cetera mox rapiat Germanica littora: seq̃  
Atq; alia Europę deinde fluenta foret.  
Neu caput hoc mundi: sed eę locūq; deoę:  
Fata sua pperent per dere lege cito.  
Nescio quid certe est: fuit atq; vndatio quondam  
Quę pestem / atq; famem / seu fera bella tulit.  
Sed non tantus erat furor vnq̃ Tybridis vndę.  
Quo fit vt inferias vrbis adesse rear.  
Sic repletus aquis Xantus: tulit Ilion / & sic  
Excidiū Thebis Inachus insinuat.  
Comperio Euphraten ingēti vndasse tumultu:  
Cum Babilon sceptro / destituenda foret.  
Sic graūter noua Roma / suis madefacta fluentis  
Quando nonū regem fato habitura fuit.  
Flumina magna etiam / Syloe de fonte fluebant:  
In cineres Solymę dum cecidere suos.  
Atq; vtinam sint vana / velim / quęcūq; minaris  
Tybri pater: tua sunt signa timenda tamen.  
Auctu Tybri tuo / vates / monitorq; verendus  
Semper eras: talem te tua Roma probat.  
Plinius auctor vt est: semp noua monstra sequunt̃  
Horrida: cū Tybris intumet / vrbs ve tremit.  
Hinc te crediderim non frustra exisse / minaci  
Gurgite: & vndanti sic tumuisse manu.  
O Roma. o diuū domus: vrbs exercita bello:  
Me ne tuum finem cernere fata iubent!  
Cernere qui nunq̃ potui tua menia / portas /  
Templa / theatra / domos: Dędaleū vel opus.



Quam vereor ne te/Brenno duce/gallus adibit.  
Sic capitolino iam tibi & ansere opus.  
Prouideas ne fors molem Tarpeia/solutam  
Prodat: & accipiat que prius arma tulit.  
Qui profugus latuit quondam Saturnus: apud te:  
Piscibus incussit/iam tibi/iunctus aquas:  
Quique rate aduectus tecum loca tuta recepit:  
Afferet exitium falcifer inde tuum.  
Proinde tuum interitum/non tantum Rhenus amicus  
Indolet: insuper & flumina cuncta gemunt.  
Tu caput orbis eras: tu sacratissima mater  
Imperii: & mundi tu veneranda parens.  
Felix ha nimium felix: tot ab hoste tulisti  
Que spolia/ & preda/exuuiasque domum.  
Que tot nobilium natorum/ sepe triumphos  
Vidisti: inque hederum fronde/redire duces.  
Que tot celicolum perfusa es sanguine/Petri  
Precipue/ & Pauli corpora sancta tenens.  
Adde alios: quorum numerum si forte recenseres:  
Quis cognosces vrbs metuenda nimis.  
Quis nam igitur: non Roma tuum/doliturus in eum  
Defleat interitum? seu tua fata gemet?  
Dii meliora/precor: terroremque hostibus illum  
Incuciant: valeas incluta Roma velim.

Hec Reuerende pater: fidei decus/atque columen:  
Accipe barbarico stamina texta colo.  
Diceris ecce aliquid reputare meas fore nugas.  
Inde/vtinam nugas/vana que fata/leges.



# Ad diuū Serenissimūq̃

Maximilianum Romanorum regem inuictissi:  
mū/semperq̃ Augustū. Auspicii Falconum ppe  
Thann in comitatu Phirretarū/de mense Iunii  
Anno. 1495 visorum: explanatio. S. Brant.

**S**ilicet optime rex/rursum auscultare canēti:  
Atq̃ pias aures his dare carminibus:  
Vt quondā/vt nup/tua me iam sepe potestas  
Audiit illustris:ludere versiculos:

Dicam mira quidem: sed vera/& visa sereno  
Aere:multoꝝ sic bona fama refert:

Scit tua maiestas/Phirreti de Comitatu  
Oppida Thann/Balsvil: sub titulo esse tuo.

Quę sita Rauraciis austrotenus:hic vbi nuper  
Missus ab æthereo decidit axe lapis.

Annus erat quintus/post mille/quarter quoq̃ centū  
Adde nouem decies. Viti erat atq̃ dies.

Sol/geminos linquens:lunę intraturus in edes:  
Fecerat in Cancro mobile solsticiū.

Fine regundoꝝ posituri limitem in agris/  
Ad sua conueniunt prædia ruricolę.

Arbor erat patul̃ quę frondibus arua subumbrat:  
Et sola in mediis consita stabat agris.

Hęc aubus plenā / & penitus nigrescere/cernunt  
Agricolę: volucrū copia magna patet.

Quisquis adest: coruos putat: aut mylui gen<sup>9</sup>: ille  
Circum nempe volant/mox residentq̃ simul.



Continuo quidam: cui non vulgaris/earum  
Turba videbat: ad prope cessit eas.  
Tum clare/horrido Falcones esse volatu  
Omnibus expertū/iudicioq; palam est.  
Ad sexaginta/hos alii numerare volebant:  
Quidam octoginta forte fuisse putant.  
Quos inter/maior quedā & prestatior ales  
Nigra: & procero corpore visa fuit.  
Hac alie volucres/circū stipante caterua  
Cinxere: vt dominā p̄cipuāq; tenent.  
Perq; iter ingressę liquidū: perq; aera cursu  
Trans iuga/trāsq; Alpes: Itala rura petūt.  
Auguriū esse scias prestans/nec inane notatu:  
Quod tibi portendit rex bone/mira bona.  
Aspice Cancristis quid denotet/ilie volucrū  
In cancro factus impetus: auspiciū?  
Nec natura dedit Falconibus esse gregales:  
Quin bini/aut terni/sic quoq; raro volant:  
Nam volucres quecūq; gerūt digitosve recuruos  
Aut vncos vngues:cū grege nemo videt.  
Nec socias faciunt turmas:nā p̄da cupita  
Pro se cuiq; placet:sic quoq; sola volat.  
Quas si coniūctas quisq; videt:ille profecto  
Monstrum:& insigne prodigium esse sciat.  
Nobilis illa cohors auū:est comitūq; ducūq;  
Milicia: Imperii nobilitasq; sacri.  
Vtq; ferę cunctę/damma ductore/sequuntur  
Quocūq; ingreditur:per nemora/arua/iuga:  
Falconū sic turba decens:sic nobilis ille  
Cōuentus:sequit: post Aquilamq; volat.



Vtq; Aqla instructa est acie: comitãte cohorte  
Falconũ: & mediãm se Iouis ales agit:  
Sic tu Maxime rex/Aquila insignite decora.  
Inter nobiliũ es duxq; caputq;/gregem.  
Sic te Getmani: sic & tua signa sequentur  
Illustresq; duces/magnanimiq; viri.  
Hi tecũ Italiã: tecũ & peragrarẽ per alpes  
Percupiũt: quorsum aut hos dare vela iubes.  
Omnibus idẽ animus: mēs vna: & pna volũtas  
Te decus Imperiũ/te dominũq; sequi.  
Hos cape fatoꝝ comites rex Maxime: & hoꝝ  
Přesidio: atq; armis/in grege tutus eris.  
Hoc volucres natura docet/volitare gregatim:  
Per mare/perq; auras: in grege tutũ iter est.  
Sic etenim secura magis: discriminis expers  
Est via: & infestat sic minus hostis eas.  
Přsertim si more gruis: duce & orthigometra  
Ductorem propriũ/quẽ comitent/habent.  
Tu caput/& ductor: tu mansuetissimus heros:  
Ibis in illustri Maxmiliane grege.  
Hoꝝ ope sacratĩ capitis diadema reportas:  
Ecclesięq;/parens/Italięq; venis.  
I cito /iam multos rex expectate per annos:  
Tempus adest mi rex: astra secunda vocant.  
Italiã Italiã/Germani sancta propago:  
Diuorum & soboles Ite/subite cito.  
Illic sceptrã quĩdem/vestra atq; resurgere regna  
Fata iubent: illic gloria parta viris.  
Principis & vestri/regisq; insignis/obĩte  
Dulce ministeriũ: debĩtũ & obsequiũ.



Quin agite & vobis/veſtrique nepotibus: aplu &  
Immortale decus/querite honore/manu.  
Insuper expectat/quę vos poſt fata/perhēnis  
Vos moueat primū gloria: fama: ſaluſ.

Theutones o fortes: nomen retinete vetuſtū:  
Sitis Alemanni: fortiter ire decet.

Est aliquid totiens monitos: totiensque vocatos  
A ſuperis: fatiſ credere: & illa ſequi.

Victores deus ipſe facit: qui cauſa triumphī:  
Et dator eſt: ab eo gloria cūcta venit.

## Ad ſacroſancti Romani

imperii inuictiſſimum regem Maximilianū: de  
portentifico Sue. in Suntgaudia: Kalendis Mar  
ciis Anno &c. xcvi. edito: cōiecturaliſ explanati  
o. Sebaſtiani Brant.

**H**eu Romana potens: heu ſacri gloria regni:  
Quid portēta ſibi: tot quoque mōſtra volūt?  
Ecce iterū: & totiens oſtenta horrēda pateſcunt:

Et noua nature corpora vbiq; ſcatent.  
Infans nup enī gemino capite: & duplicato  
Pectore: apud ſueuos natus in hercynio.  
Alter item Romę/ ſimiliſ huic. Terciuſ vna  
Fronte: ad Vangiones corpora bina tulit.  
Inde etiam volucrum noua monſtra: iterūque reuiſa  
In Phyrretarū precipitantē agros.  
Fama etiā: hic acieſ armataſ nocte ſilenti  
In campis viſaſ: cōſeruiſſe manuſ.  
Quid pregrandiſ item lapid ille trianguluſ: illi  
Qui cecidit nup fulmine terriſtico?



Quid quod prelongū nostros vidisse cometen  
Rhenicolas fama est: qui trabis instar erat.  
Ardentesq; sonos: & pila micantia pilis:  
Armorum & crepitus audiit Italia.  
Monstrosam taceo ceruam: quę Maxmiliano  
Capta/sacro regi missa pculq; fuit.  
Huic demū accessit terre tremor horridus ille:  
Qui fuit in februi sine notatus heri.  
Omnia tanta quidem: tam crebra ostenta: minantē  
Nescio quid: monstrant pdigiūq; latens.  
Succulus in primis hodie mihi missus: eodem  
Forte die genitus: terruit ille magis:  
Quem mihi transmisit. ex Hatstat nobilis ille  
Christoforus: patrię gloria magna sue.  
Hunc cum porcellum tuerer: miratus habunde:  
Vidi illi linguas sub capite esse duas  
Et fauces binas: vnū tantū caput: & cor:  
Quattuor aurículas: bis totidemq; pedes.  
At duplices dentes sub rostro ostenderat vno:  
Iunctus erat supra: sectus ab vmbilico.  
Continuo mecū: quę nā hęc sic tristis imago?  
Quid sibi vult/ facies terrica/ & horridula?  
Quā vereor ne fors non fausta tomacula: porcus  
Hic portentificus porrigat imperio.  
Audiat illius ne forsan Rhenus & Hister  
Grūnitū/ metus est. Italicumq; solum.  
Sus noua monstra notat. pbat hoc laurētia porca  
Quę fecunda nimis: regibus omen erat.  
Fędera quin etiā/ cęsa sue/ docta vetustas  
Firmarat: Cereri victima porca fuit:



Nescio quid certe est: porcus fortasse placeret:

Ni tam monstruosus per sua membra foret.

Omnia displiceant quauis mihi: sed magis illud

Quod caput & collū pretulit ille Suis.

Mallem equidē (quāuis muliebris forma) bimēbrem

Progenitū puerū: ceu prius ortus erat.

Vno sat placeat capiti duo corpora iungi:

Dūmō non porci: nec Suis illud erat.

Sat placeat linguas plures coniungier/vno

Sub capite: at porci dū minus esset idem.

Quam metuo: ne fors gens luxurosa: Suino

Cū capite irrūpat: & premat ore bonos.

Neu syluestris aper depascat amena vireta:

Et feras immittis destruat ecclesiam.

Bestia spurca quidē: cenosa: & amica luto/Sus

Cui requies fetidis: & decus omne: locis.

Hęc subigit terras: queritq; alimēta sub illis.

Predia rimatur: depopulatur agros.

Hinc Mahumetanā: spurcāq; libidine gentem

Hac designatā/quis negat esse Sue?

Que terrena sibi dūtaxat querit: amatq;

Et luxu viuūt: spurciciaq; iugi.

Mutuus est porcis amor: auxiliaria semper

Alterutrū auditis vocibus arma ferunt.

Sic gens illa simul maledicta: auctore pphano

Demone: pna sibi est mutua in auxilia.

O vtinā/inq; vicē Christi plebs empta cruore

Tam sibi conferret/mutuaq; arma daret.

Tantus amorq; vtinā nostris foret vsq; cateruis

Quantū in sacrilega gente videre licet.



Credo equidē: cunctos bello penetrasse p̄ hostes  
Nos dudū: & regnis frena dedisse nouis:  
Sed beat hoc miserū: q̄ non nisi vixit ad vnū  
Porca diem p̄ns: morte p̄empta breui  
Sic reor immanē populū: gentēq̄ nefandā  
Deficere in primo limine posse cito.  
Et si (quod sup̄i auertant) noua regna capescet  
Gens mala: mox regnis destituenda/cadet.  
Dii melius: quoq̄ spe viuimus/atq̄ ope: & illū  
Terrorē nostris hostibus incuciant.  
Si nil forte aliud: tot monstra frequentia signent  
(Quod nemo doctus diceret atq̄ bonus)  
Num satis imperium: satis & Germania tota  
Ingemeret magnū nunc obiisse ducem?  
Cuius ob interitū: Dœck/Wirtenbergq̄ ducatus  
Luget: Eberhardi fata seuera sui.  
Qui post cæsareum decus: & regalia sceptrā  
Proximus a primo signifer Imperii.  
Huius virtutes si pergā promere: versu  
Deficiam: requies sit sibi/paxq̄ frequens.  
O qualem amittis Rex inuictissime amicū.  
Perdidit o quantū patria nostra ducem?  
Totius Imperii damno: fideiq̄ sacratę:  
Germaniq̄ soli: dux pius interiit.  
Id quod compensent/rebus pia fata secundis.  
Et patrię: & Regi p̄spera queq̄ ferant.  
Det deus omnipotens nostro (rogo) Maxmiliano  
Quo gentes timeāt nomen vbicq̄ suum.  
Et que Romano capiti: sacreq̄ coronę  
Insultant: videant arma seuera ducis.



Aspice maxime Rex: mox inuictissime Cęsar

Quā tua dilanient regna decora Sues.

Aspice (quod supeſt) quantū grex fędus: ab omni

Parte: tuū violet turpiter imperiū.

Collige q̄ primū vires: Germania quales

Ferre tibi potis est: & dabit illa libens.

Sic orientis opes: septē subiecta trioni

Pinguia regna / colent sic diadema tuum.

Sic facile oigenas gētes: sic regna / tirannos.

Vinces: subq; tuis legibus orbis erit.

Quod cito regnoꝝ dator: & deus optim<sup>9</sup>: ah mox

Conferat: & tribuat regna beata velim.

Dii tibi dent mi rex læta & fœlicia sæcla:

Porca dapes inter troica vt affa cubet.

**Ad Reuerendissimū i chri**

sto patrē Illustrissimūq; principē & dñm Albertum

dei grā Episcopū Argentineñ. De mōstroſo Anse

re: atq; Porcellis: in villa Gugēhein: Anno. XCVI

tercia nonas April: a natura pductis. Explanatio.

Si magus / Ariolus / Vates / vel Thuscus aruspex:

Somnorū interpres: fatidicusq; forem:

Non tamen his nostris satis explanare diebus

Quid sibi portendant tot noua monstra queam

Opportuna foret mihi coniectura pfecto

Oedipodis: sacer aut spiritus ille Ioseph:

Quo preclare tibi princeps / mitissime presul

Depromam: sibi quid pdigia ista velint.

Que modo cernunt Germana p oppida passim:

Perq; hæc (quod nollem) patria rura magis.



Monstriferi partus: geminata animalia: nunq̄  
Qualia visa prius: nunc sine more patent.  
Vt facile affirmem: quoniam nos alma creatrix  
Natura/ostentis prodigiisq; monet.  
Hac duce: quę fuerant/ quę mox ventura sequent̄  
Noscimus: & quicquid fata seuera canunt.  
Sic alias nuper geminos coniunxit in vna  
Fronte: Alias duplici cū capite atq; duos.  
Miraq; multa alias. Geminor; sydere nasci  
Qualia sepe quidē conduplicata vides.  
Quę quāuis natura solet p̄ducere: monstra  
Sunt tamen: & monstrant/ac noua mira ferūt.  
Hinc ego/per geminū/ puerūq; bicorporē: in vno  
Vertice (p̄genitus qui p̄pe Vangiones:)  
Rebar adunari/nostriū & coniungier vno  
Sub capite Imperiū federe p̄petuo.  
Sic quoq; fama fuit: sic & pius Induperator  
Singula compegit vota/ fidem q; ducum.  
Sic coniurarūt gentes in fœdera cunctę  
Istricolę: & quotquot Rhēnus/& albis habet:  
Sed tamen heu vereor/ videor q; videre: seorsum  
Tendere nonnullos: & violare fidem.  
A quibus: o quantū metuo tam nobile fœdus  
Dissolui: & nodū qui bene nexus erat.  
Hi neq; iussa dei seruāt: neq; pacta bonorū  
Christicolū: obniti iusticię q; volunt.  
Quod sacre ecclesię sed ineluctabile damnum  
Afferet: atq; malū grandius Imperio.  
Nēpe hinc sancta fides: nēpe hinc/virtute subactū  
A nobis (timor est) decidet Imperium.



Hoc superaet nephas ciues: hoc vincite crimen:  
Hoc pcul a vobis pellite queſo ſcelus,  
Per quod/ſolliciti Regis q̄/ducūq̄ (quod abſit)  
Conatus: labor & puigil intereat.  
Ne populo demus ludibria forſitan hoſti:  
Nobiſq̄ illudat gens inimica deo.  
Neu tot conſumptos noctuq̄ dieq̄ labores:  
Anſeris inceptū/ conſiliūq̄ ferant.  
Id quod monſtroſa ſpecie nouus indicat Anſer  
Miſſa mihi cuius nup̄ imago fuit.  
Quale m ſub duplici capite: vno gutture cernis:  
Aliſq̄ & pedibus: corporeq̄ horridulo.  
Hanc mihi perlustris dignatio maxime preſul  
Tranſmiſit tua: quo pandere ſenſa velim.  
Flu ctuat in nobis princeps fauſtiſſime pectus:  
Nec ſat ſcire licet: quid miſera auca canam.  
Comperio Italiā Brenno duce: mēniāq̄ vrbis:  
Gallorum quondam depopulata manu:  
Et Gallus victor capitolia ad alta iacebat:  
Scanderat atq̄ arcem nocte ſilente ſacram:  
Anſer erat cuſtos: vigiles ſuus excitat ingens  
Clangor: & auertit ciuibus exitium:  
Sic vtinam preſens furibundos pelleret hoſtes  
Anſer: & a nobis verteret ille minas.  
Et potis eſt: duplicem linguā quia/bina vel ora  
Ille gerit: clamor fortior eſſe valet.  
Quod ſi dormierit: capita aut ſua diuidet horſum.  
Illorſumq̄ vagus: & ſine lege volans:  
Heu q̄ Rhenicolis: heu q̄ noſtratibus/inde  
Horrida puenient/ Imperioq̄ mala.



Nam quotiens sparsim/misso grege/pascua querit  
Anser: & in partes solus abire studet  
Mox aditus: pronus q̄ suis dat̄ hostibus/ad se  
Impetus: expositus dentibus ille lupi.  
Sic grex ille boum perit per singula sparsus  
Consilia: vt voluit cōmoda quisq̄ sequi.  
Omnia regna quidē cōcrescere iuncta videmus:  
In se diuisum mox ruit imperium.  
Vera quidē canimus: sed vana & inania multis.  
Atq̄ vtinam vates/vanus vbique forem.  
Sed venient(ita dii statuūt)ventura p̄fecto:  
Que/repetita quidē crebraq̄ monstra notant.  
Sunt qui se geminū solem obseruasse fatentur:  
Amborum & radios vix tolerasse pares.  
Idq̄ ferunt visum Maii cum terciā nonas  
De medio phēbi duxerat axe diem.  
Atq̄ ita/perq̄ diem totum incessisse: seorsum  
Distantes senis passibus atq̄ tribus.  
Que si vera q̄dem fuerint/seu falsa: negare  
Non ausim: grauibus hæc mihi dicta viris.  
Id saltem liceat mihi dicere: scisma sequutum  
Antea: cū gemini solis imago fuit.  
Sed tñ hæc alias: nostri ad variabile corpus  
Anseris: ad p̄sens iam rediisse iuuat.  
Id si se scindet: partesq̄ volabit in ambas:  
Nil restat: suis quin lacera: ambo cadent.  
Quod mihi/ram vario porcoꝝ mōstra/vident̄  
Omīne: & auspicio significare suo.  
Nempe eadem duplices/tibi/tempestate suilli  
Sunt geniti o p̄sul: vno eodemq̄ loco.



Qui pedibus senis: variis multisq; patescunt  
Vnguibus: vt supra picta tabella docet.  
Nuper iunxerunt gemini capita horrida porci:  
Nunc vngues monstrant: multifidosq; pedes.  
Dii prohibete/sues ne fors capita improba iungant  
Neu pedibus gressum perficere incipiant.  
Nam sic (crede) cito discors lacerabitur anser:  
Sic sua mutabunt regna vetusta ferę.  
Scimus enim porcos: syluis dominarier altis  
Nobilibusq; diu concubuisse feris.  
Vestrum hoc augurium: cerui: damęq; petulę:  
Capreoliq; truces: hinnuleiq; greges:  
Ne sinite imperium sacrum: terrasq; paternas  
Foedari incursum/perfidiaq; suum.  
Sit bona pax vobis: concordia sancta: benignum  
Respicite ad regem: facta vel imperii.  
Sic facile insultus/porcęq; ora/pedesq;  
Vincetis: cygnus sic meus anser erit.

**Ad clarissimum Rhomano**  
rum Regis Cancellarium. dominum Conradum  
Sturtzel. Iurium interpretem prestantissimum.  
de monstruoso partu apud wormaciam: Anno  
domini. M. CCCC. XCV. quarto Idus Septem-  
bris edito: Explanatio Sebastiani Brant.

Qz te dignę doctor celeberrime rerum  
Conrade/expertum pcpidumq; scio.



Hinc noua quę nostris nup̄ sunt monstra sub oris  
Visa: tibi primū carmine nota velim.  
Nec me p̄pediet si fors prius omnia nosti:  
Quod vulgus prius: hoc nunc mea musa canet  
Te scio facturę hęc/regi noua cognita nostro:  
Scribimus illa tibi: pandimus illa sibi.  
Quęq; latina tibi mō ludimus: illa viciſſim  
Materno/regi mittimus/eloquio.  
Naturę genitor deus optimus/ordine certo  
Huic dedit & certa lege viaq; frui.  
Nec facile inmutat naturę iura: sed illam:  
Quem dedit incepto pergere calle finit.  
Nī forte occulta causa: aut ratione latentī/  
Arbitrio ve velit hęc variare suo/  
Quo fit: vt omne/viam naturę p̄ter/obortum  
Monstrū/& portentū/pdigiūq; ferant.  
Maioresq; ideo nostri placanda putabant  
Numina: si quando talia visa forent.  
Crediderāt quia nā/supos mala grādia terris  
Iratos: mōstris mittere velle nouis:  
Vtq; ea differrent mala: vel leuiora piando  
Efficerent: placuit thura precesq; dari:  
Inde & Romani posuerūt scripta Sybillę  
In templū: addentes quinq; decemq; viros  
Qui/viso ostento/libroꝝ iussa sacrorum  
Confulerent: medicas edoceantq; vias.  
Quo pacto iratis condigna piacula diuis  
Exhibeant: illis cura laborq; fuit.  
Nam fuit euentu compertū: monstra plerūq;  
Res monstrare nouas: excitiisq; graues.



Sic septē reges post vīsa ostenta perisse  
Carmine thebano Statius ipse refert.  
Sic Troiē excidiū portēdere mōstra volebant:  
Nec Solymę nisi post horrida mōstra cadunt  
Sic equa/Castra inter Xerxis cōnixa; futuram  
Signabat leporis more modo q̄ fugam.  
Hannibal & luscus q̄n obsidione Saguntū  
Cinxerat: enixa est femina filiolum:  
Qui simul vt natus: rursus intra viscera matris  
Reperat: & patrię p̄tulit interitum.  
Quot portēta etiā! quot monstra horrēda p̄ibant.  
Cū pœnus Romā flagrat/& Italiā!  
Cęsarīs ex Gallis aduentū: monstra docebant  
Deinde eadē mōstrant cęsarīs interitum.  
Cū Totyla atq; Atila ducibus/sequisq; tyrānis  
Aphrica: mox Rhēnus: luxit & Italia:  
Christicolūq; alię partes: tot mōstra: tot atra  
Prodigia: has clades p̄docuisse ferunt.  
Cū fidei ille etiā Mahumet subuerfor iniquus  
Nascendus: mundum & diruīturus erat:  
Illius & sectam/mox & noua scismata signant  
Monstriferi partus: mira q; seua poli  
Sic & Thurcoꝝ sic cū gens Tartara: clausis  
Montibus erupit: mōstra preisse lego.  
Vt vetera obmittā: quotiens iam vidimus eheu  
Prodigia: & rebus mōstra creata nouis.  
Num puer ille biceps cū regno tertius Ottho  
Pręfuerat genitū: illius acta docet!  
Ottho etenim imperii ducibus bona distribuēdo.  
Corpora diuisit: p̄didit imperium.



Haectenus & raro ducibus concordia cunctis  
Principibusque viris/imperioque fuit.  
At nup cum Vangionum Rex maximus urbem  
Ingressus: cunctos iussit adesse duces:  
Cuncta etiam imperii membra: ut tractare salutem  
Illoque & capitum: posset & imperium:  
Principio pacem concordie foedere fecit  
Principibus: regno consulit inde sacro.  
Quoque modo imperium deinceps consistere possit  
Edocet: illoque consiliumque capit.  
Consonat his animus: placet & mandata subire  
Quelibet imperium: cesaris atque sui:  
Mox cum foelici clauduntur singula fine:  
Monstra deus solidae pacis amica dedit  
Nam prope Vangionum vicina: bicorporis ortus  
Est puer: hic vno vertice/fronte patet.  
Cuius membra quidem distincta: & plena seorsum  
Officium praegunt singula quaeque suum.  
Sed qua parte solet frons esse adiuncta cerebro  
Innexum capiti hic haeret utrumque caput.  
Atque ita: bina licet sint corpora: sed tamen vnum  
Coniunctumque caput corpora bina gerunt.  
Credo equidem voluisse deum/signanter in illo  
Hunc capite unitum progenitum esse loco:  
In quo se capiti tam subdita membra sacro  
Iunxere: & fausta haec unio facta fuit.  
Nimirum amboque: Papaeque & cesaris alti  
Denotat unitum/tempus in omne/caput.  
Esse etiam in fatum portendit: Graeca redire  
Sceptra: & Rhomanum consalutare caput



Quicquid id est: grator fidei: sacreque per eum  
Gratulor ecclesie: & Maxmiliane tibi:  
Quem deus elegit/quo sancta hec vnio /sub te  
Principe pgressum/principiumque gerat.  
Et faciet superi(scio)que tam subditus orbis  
Totus erit capiti membraque cuncta suo:  
Ceu pueri illius caput obseruantque coluntque  
Corpora bina modo: tot quoque membra simul:  
Id quod principio /illustris comitumque ducumque  
Turba pbat: capiti tam bene amica suo.  
Mox etiam imperii gentesque vrbesque sequentur  
Que caput hoc iamiam numinis instar habent.  
Quod si truncum aliquod membrum/fortasse rebelle/  
Et capiti vnitum non volet esse suo:  
Id capiti abscissum ceu putre & inutile: marcens  
Et misere arebit: premia digna luens.  
Interea mi Rex videas rogo Nestoris annos  
Pacatumque regas longius Imperium:  
Te duce maxime Rex/nisi te duce/cuncta regant  
Heu vereor/ne stet non satis/alma fides.

Alia Interpretatio. S. Brant.

Principes summi decus imperantis  
Eligunt quorum veneranda vota  
Cesarem mundo/fidei & sacrateque  
Conspicite oro.  
Tangit hoc monstrum capite implicato  
Gloriam vestram: vnanimemque mentem  
Quam sacro regi modo dedicastis  
Imperioque.  
Vnde Germanis honor & triumphus



Dignus & vobis parietur omni  
Temporis cursu/decor & potestas  
Fama/salusq̄.

Sicut & vestro capiti fauetis:  
Nup̄ vn̄ito dñōq̄ rerum:  
Sic fide tuta/stabiliq̄ nexu  
Pergite ceptis.

Hæreant primū capiti sacrato  
Corporis vestri latera: inde membra  
Cuncta per terras/hilari sequentur  
Mente fideq̄.

Inuicē sitis p̄cor o fideles:  
Nā lupo surget ferus/haud putatus:  
Hic oues vestras/stabula & vorare  
Cum grege queret.

Cūcta tū que nō caput hoc verē tur  
Mēbra: nec degūt aquilę sub alis:  
Illa mox fēde truculentus hostis  
Dilaniabit.

Credat astroq̄/monitis q̄ diuum  
Qui velit: voluunt fera fila parq̄:  
Mōstrat hæc sparsus puer in biformes  
Corporis artus.

Auguror sevas nimis ah futuras  
Seculo clades: patrięq̄ nostrę:  
Quas deus/regis tamen ob salutē  
Vertere tendet.

Monstra me terrent/totiens reuisa:  
Urget & cursus satis insalubris  
Sydesq̄: turbāt sceleq̄ manipli: &  
Crimina multa.



Sis tamen mītis: deus o mīsellis  
Parce peccatis precor & reatu:  
Da reis pacem & veniam mereri  
Respice regem.

Et fidem sacram: pater o tuere:  
Tum ratem Petri: stabili governa  
Remigis clauo Palynurus eheu  
Dormit in vndis.

## De Insigni Cerua Regie

maiestati donata: Anno dñi. M. CCCCXCVI

Elegia. Sebastiani Brant.

**D**Er te nuper erat Rex inuictissime: Cerue  
Vngula: ad Auranię missa ferenda ducem  
Quam vidi: vt nostrā lator tuus issit in vrbem:  
Mirari & tandē vix potui inde satis.

Huius pondo quidem: Semis fuit atq; trilibris.

Lata decem digitis: bis quoq; longa decem.

Credo eqdem hanc genitā tum: cū Troiana iuuēt<sup>9</sup>

Illius in latio vulnere lesit auum.

Seu tum: qñ huius pauum/Tyrinthius heros

Cornibus auratis prenderat eripedem.

Magnus Alexander torques plerisq; decoros

Addidit auratos: siuit abire feros.

Qui post centū annos capti: cute torque adopto

Rettulerāt scriptis tempora tota suis.

Vsq; adeo ceruis natura/& viuida virtus

Apta quidē multis viuere temporibus.

Id quod p̄clare Cerua hęc demōstrat: obeso

Pectore/quę & collo: sęcula longa refert.



Digna quidē p̄ qua nīmīū cōmota Dīana:  
Res Agamēnonias verteret/atq; rates.  
Nec quis forte putet: nō ceruā hanc esse: ferā sed  
Qualē Cēsar ait degere in hercinio:  
Cui cerui species: corpus p̄grande: bouino  
Cū pede: cornua sed femina/masq; gerit.  
Cornua nulla quidē nostra hęc gessisse p̄bat:  
Nec nisi ceruinus pes fuit vllus ei.  
Quo fit: vt hanc quā tu rex inuictissime ceruā  
Noſti: equidē ceruā iure fuiſſe feram.  
Illam etenim in Scythicis nutritā mōtibus: aut in  
Carpathio: aut pyndo: Menalioue putem.  
Vnde & in Herciniū nemus hęc delata vagando:  
Capta quoq; a canibus: & tibi miſſa p̄cul.  
Scilicet id credas/Rex & pater optime regū:  
Plena ſit auſpicū q̄ tibi miſſa pecus.  
Nobilius quidē enī Ceruo: dabit ille p̄fecto  
Auguriūq; ſuū q̄ bene nobilibus.  
Nup̄ & optime Rex/cōuentū habuiſſe p̄baris  
Nobiliūq; ducū/principū & imperiū:  
Qui tibi/& imperio/sanctū penitusq; ſalubre  
Conſiliū/& iuſtos conſtituere modos.  
Inuenta eſt medicina quidē/qua vulnera ſanet  
Armiger ille Iouis: qui fuit hoſte lacer:  
Scilicet vngentū fabrefactū: emplaſtra parata  
Atq; ſalutari/forte malagma/manu.  
Cervus vt egrotat: oleū ſibi quęrere ramos.  
Atq; eſu illius ſanus abire ſolet.  
Extrahit afflatu ſerpentes cervus ab antris:  
Et preſoſ pedibus conterit atq; vorat.



Sí tibi languor ínest/angues excíre latentes  
Incípe rex fortis: contere: sanus erís.  
Frondíbus vtarís semper vírentís/oliuę:  
Bella moue: vt pacem possís habere bonam.  
Nec timeas vulpís vocem Rex maxíme: Ceruus  
Vt solet: atq; canum quę nímis ora latrant.  
Sed cito perge víam pedibus qua semíta mōstrat:  
Quę tibi per médicos facta/reperta/bonos.  
Quod p̄pere vt faciás celerí quoq; sine capescas:  
At te veloci hęc est fera míssa pede.  
Hanc ímitare precor Ceruā: vestígía recta:  
Cui placet/humano & semíta tríta pede:  
Nempe stagyrites: sapientíus estímat inter  
Quadrupes Ceruū: mítius atq; pecus.  
Felle cares/bone Rex: ceruoꝝ more modoq;  
Ne tamen excrescat fel tibi in aure caue.  
Apta fugę pecus hęc: multos fugę maxíme victor  
Quí tibi p̄tendūt/Imperíoq; malum.  
Ceruus ením sequitur cantantē sepius hostem:)  
Donec ab occultís deperít insydíís.  
Hinc rex díue velím/cantum/síbilumq; malígní  
Suasorís fugías:nempe venena latent.  
Tu delatores fugę/consílium vel íníquum.  
Artibus híis quía nā maxíma regna cadunt.  
Admiratur itē pecus hęc: quęcunq; repente  
Conspícít:& gaudet rebus adesse nouís.  
Tēporís illecebras non admirerís ínanes:  
Nā prope sunt serío tēpora plena grauí.  
Quod sí delectēt te fors noua:fortíter íto:  
Et noua mox cernes grandía/mira/bona.



Sic tua sic virtus rex o celeberrime/longo  
Tempore durabit: Cornua sume modo.  
Cerua quidē fuit hęc/non ceruus: cornua nulla  
Gesserat/& capitis non fuit vllus honos.  
Cornua tu capiti sumes/sanctamq; coronam:  
Cornua in aduersos dirige quosq; tuos.  
Sic tibi contingent viuacis secula cerui:  
Sic tibi ramosum nascitur Imperium.  
Sępe solet ceruus cui non sunt cornua fronti  
Ludere/& exercēt tela futura minis:  
Sic tu maxime rex/frontem q; caput q; decorū:  
Erige: ad insydias respice diue tamen.  
Pensandū quia nam/ q; p tot secula/cerua hęc  
Vixerat: inq; plagas incidit illa tamen.  
Illa quidē vidit multa: ast in puida cuncta  
Dum spernit/tetigit retia: capta iuens.  
Nam solet arrectis hęc bestia cernere cuncta  
Auribus/aduersum & percipere inde sonum.  
Stat: fugit: & cursum natos docet atq; iuuētam.  
Et saltus monstrat: precipites q; vias.  
Sic tu maxime rex: populum pręrupta tueri  
Montis: & ad scopulos confugere vsq; doce.  
Tu mons/tu scopulus/rupes: fortissima petra:  
Nec fieri saluus te sine quisq; potest.  
Arrige quęso tuas: rex formidabilis: aures.  
Percipe quę immineant seua pericla tuis.  
Percipe clamores/gemitus lachrymasq; tuorum:  
Percipe q; Thurcus nos sine fine premit.  
Is canis insequitur nostros/direq; trucidat  
Christicolas/mortis concitat omne genus.



Percipe rex clemens / miserę ecclesię q̄ ruınam  
Catholicę: obmersę nauiculę affer opem.  
Fac mundo per te redeant bona sęcula pacis:  
Gaudeat & christus te posuisse caput.  
Ille pedes regis super alta cacumina montis  
Instar ceruorum / perficiens / statuatur.

**Ad ornatissimum Iuiper-**  
rialium legum interpretem Iohannem Reuchli-  
als Capnion: omnis litterarię tam gręę atq; La-  
tinę: q̄ Hebraicę disciplinę professorem acutissi-  
mũ: de pestilentiali scorra siue Impetigine An-  
ni. XCVI. Elogium. S. Brant.

**C**Apnion illustres inter memorande poetas:  
Germani specimen / nobilitasq; soli:  
Fare age (nã memĩ tibi lyncea lumina) quo nam  
Iam modo terrarum / forma / statusq; placet?  
Cernis vt in toto / variisq; tumultibus / orbe  
Sit Bellona ferox irrequieta nimis.  
Adq; pilam multis iam luditur vltro citroq;  
Queritur in scirpo (scis puto) nodus iners.  
Nec sat scire licet: cui sit cessura vel olim  
Herba: velit quo nam sistere sine globus.  
Imperio paucos iam cernimus esse fideles:  
Vix modo / Germanis cesarem habere / placet:  
Pro se quisq; studet cęco regnare tumultu:  
Detrectatq; suum gens modo queq; iugum.  
Aetas nulla prius: neq; sęcula cuncta tulere  
Tot: modo quot passim cernimus acephalos:



Non placuit raris pietas mansueta tonantis:  
Pamphagus in pena rex datur Ibis eis  
Queq; nouum regem fatuq; expetiere: columbis  
Improbis atq; vorax rex datur accipiter.  
Grecia/Romanas cupiens desciscere habenas  
Perdita: Rectoris fert iuga dira mali.  
Queq; fidem capiti subtrahit: acerbius eheu  
Iam caput/& dum sustinet illa trucem.  
Optime phorcigena: & diuum iustissima cura  
(Pegasidum quia nam rura beata colis)  
Inter multa quidem que me nescire fatebor  
Ingenua: hoc unum deprope scire reor:  
Germanos vel ad hoc summo conamine niti:  
Quo sibi precipiant quod peperere caput.  
Cum prope finis adest: cessare & equicia phas est:  
Hippurim eneruat grex met equinus equis.  
Sic sceptrum Assyriis: sic Medis: sic quoq; Persis  
Sublatum: & Macedum fortia regna iacent.  
Inde adeo in terras mittit deus ultor/acerbos  
Iam tociens morbos: febres & omne genus:  
Tot noua monstra/fera & portenta: ostenta prophanis:&  
Naturam inuisam multimodaq; necem.  
Quis modo septennem: vel saltem ad singula lustra  
Non timet horrendam/mortiferamq; luem?  
Addo alios/aliosq; novos/concrescere in horas  
Inq; dies morbos: quos siluisse velim.  
Sunt ea tela deum: quibus exitiale piatur:  
Atq; flagellatur/deprimiturq; nephas.  
Fulgmina & iccirco manibus fabricata cyclopum  
In Iouis irati dicimus esse manu.



Cum quibus a mundi cōpressit origine gentes:  
Atq; hominē docuit: viuere/ & esse deos.  
Singulaq; vt (quorū me copia longa fatigat)  
Subtriceā: hoc vnū sit meminisse satis:  
Q; modo tā tetrum (quē dicere abominor) atq;  
Horrendū/ & fēdum (dīi p̄xibete precor)  
Pestiferū in Lygures transuexit Francia morbū:  
Quē mala de franzos/ Romula lingua vocat.  
Hic Latium atq; Italos inuasit: ab alpibus extra  
Serpens: Germanos/ Istricolasq; premit.  
Grassatur mediis iam Thracibus: atq; Bohemis.  
Et morbi genus id Sarmata quisq; timet.  
Nec satis extremo tutantur in orbe Britāni  
Quos refluxum cingit succiduūq; fretum.  
Quin etiā fama est Aphros penetrasse: Getasq;  
Viq; sua vtrūq; depopulare polum.  
Longius hoc viciū/ q̄ par sit/ crescere vbiq;  
Cernitur: e nostris corpora multa luunt.  
Scorrā Galle vocas: a Scor/ quod gręcus oletū  
Dicit: & impurū/ rancidulūq; sonat.  
Hic Thymius dici posset: si rupta cruorem  
Verruca daret: at siccior illa sedet.  
Condyloma foret: Cangrena ve: grandior his sed  
Pustula p̄serp̄it: sed numerosa minus.  
Has a Variolis distinguit causa. q̄ istis  
Frigidus humor inest: hisq; melancolicus.  
Fit quotiens propriis Saturnus ab ędibus exit:  
Inq; Iouis migrat morbifer ille domos:  
Nam tum relliquias dirī senis atq; maligni  
Iuppiter expellit/ purgat/ & euacuat.



Id quod ab oſtenís luſtris contingere crebro  
In terrís vbi ſunt corpora ſicca ſolet.  
Vnde frequens Gallis morbi genus id: vel Iberis:  
Rarus apud gentes: frigus & humor vbi.  
Non illi Chiron: nec ítem cū fratre Machaon  
Ferre ſalutarem poſſe fatentur opem.  
Eſto aliqui tentent medicinā adhibere/ & inūgāt:  
Corpus: & in ſaccū culleolumq; ſuant.  
Crede mihi nocuit p̄ceps medicina frequēter.  
Quodq; repcuſſum eſt ſcabrius vlcus erit.  
Sola iuuat pietas ſuperū: & mora longior: atq;  
Cū Mithridatis ope/phlebotomia frequens.  
Menſibus vndenís quosdam intabuiffe videmus:  
Nec tandē ad plenū cōualuiſſe tamen.  
Multis lepra minor viſa eſt: epidímia multis:  
Expoſci atq; aliis mors cita/ſepe ſolet.  
Sic putor incluíus pungit/premit/vrget/adurens  
Inflammat: torquet/prurit& incinerat.  
Poſcamus veniam ſup̄ os ídeo: atq; per aras  
Pacem a cęlicolis: vota preceſq; petant.  
Vt ſaltem ímmunē ſeruet pia vírgo/sub alís  
Magnanímū Regē/tam placidumq; ſuis.  
Quí modo ſcorroſos lygures agit ínter/ & egros.  
Liber vt hoc morbo: Cęſaris arma ferat:  
Cęſaris arma/ſimul ſacrū & diádema reportet  
Rex pius: & ſūmo dignus honore parens.  
Quē cuncti vnánimes Chriſti de plebe ſequamur.  
Vt videant gentes nos populū eſſe dei.  
Voſq; Itali ínprimis regem obſeruate benignū:  
Ne vos deterior ſubruat: ínterimat:



Alea iacta quidem est pernix: Rhamnusia ludit:  
Atq; indignatur nos voluisse minus.  
Nolite o virtus Germana/ & viuida corda  
Desipere: atq; aliis linquere frena/ & opes.  
Est aliquid mēbris: caput orbis habere monarchā:  
Quē timeāt genres regnaq; cuncta soli.  
Qualis magnanimus victor modo Maxmilianus  
Qui fulmen belli est: pacis amator item:  
Principis illius mallem iacuiffe profecto  
Sub pede? quā externi sceptrata tuliffe viri.  
Simus io ciues capitū rogo subdita membra:  
Sic patrius nobis manserit vsq; decor.  
Egregias animas proauox: vmbra q; sequamur  
Maiorū (neq; enī degenerare licet)  
Qui virtutesua: sudore/armisq; pararunt  
Fortibus/ imperiū: sceptrigerāq; manū.  
Sic Germana deus regna: atq; deifera mater  
Perpetuo obseruent: Teutonicūq; decus:

**Ad illustrissimū serenissi-**  
mūq; Romanorum regē Maximilianum &c.  
de spectaculo conflictuq; vulpiū alopekiomas-  
chia Sebastiani Brant.

Forstā addubitas quid sit rex maxime: vulpes  
Qz modo tam varias afferō/ agoq; procul?  
Quid sibi venatus noster portendat? & illa  
Quē iacet in medio ferta corona solo?



Accipe nam pedibus vulpes volet: hinc sibi nomen  
Tractū habet: & volipes/prisca loquela fuit.  
Illa etenim fraudes celeri pede versat/agitq̃:  
Apta fera: vt fugiat: fabricet atq̃ dolos.  
Albicat ante pilis in ventre & pectore vulpes:  
Sed sua sūmotenus terga/piliq̃ rubent.  
Sic multi ostendunt p̃bitatis fronte nitorem:  
Sub cute qui rubra fraude/dolisq̃ calent.  
Mutat sepe pilos: animū non mutat iniquum  
Hęc fera: in innato stat sua vita dolo.  
Intortam vulpes caudam tenet: est quoq̃ cursus  
Illius intortus/subdolos/ambiguus:  
Vnde etiā hoc nostro vulpes agitare teatro:  
Venatūq̃ illa cū fera habere placet.  
Heu quot habet mundus vulpes mō: p̃ dia cuncta  
Rustica/& vrbana: vulpe doloq̃ scatent.  
Vulpinus multis animusq̃/& alopekis extat:  
Versutum & vafrum hoc cernis vbiq̃ pecus.  
Quis nam hodie: cordi cui vulpinarier vsq̃  
Non sedet: aut cuius pectora vulpe carent:  
Tot fraudes/tot vbiq̃ doli/& mendatia: verum  
Peruertunt: leges/iusticiam/atq̃ fidem.  
Nusq̃ tuta fides: amor est extinctus vbiq̃  
Singula vulpino more modoq̃ patent.  
Quid credas/aut cui credas circūspice: vulpes  
Arua/domos/vrbes/cōpita/rura/tenent.  
Sunt quibus inuersa est cauda: atq̃ in fronte locata  
Quiq̃ pilis oculos/crinibus atq̃ tegunt:  
Est cui cauda duplex/frons & geminata nitescit:  
Et duplices linguas simplici in ore gerit.



Est quę distribuit caudas sine fine nocentes:  
Spargit/ & in partes/ diuidit omnigenas.  
Has agitant binę quas fœdera ficta ligarunt:  
At nihil efficient: pręda cupita fugit.  
Est quę pene caret: sed fraude imbuta maligna:  
Mox capiet caudam/ perfidiamq; trahet.  
Est cui cauda facem flagrantę protrahet: eheu  
Quę rapido flāmas euomet ore truces.  
Quę cū prodierit/ lucemq; miserrima tanget:  
Comburet segetem/ cū stipula/ atq; solo.  
Ad tempus sedenim hęc/ a venatore ligata est:  
Detracta est non dum copula tota feris.  
Illa canem illudet tractu caudę: illa sequentę  
Excipiet: mulcens credula corda dolis.  
Illa iacens sulcis lepores fallet/ volucresq;  
Muribus insidias/ cuniculisq; dabit.  
Os illi impurum: rabie fera guttura pandet:  
More canum latrans gāniet' illa fame.  
Se simulat fingetq; bonam/ iustamq; piamq;  
Dum cadet in fauces pręda petita suas.  
Hęc foueam daxi taminabit stercore fœdo:  
Mox tamen inde sibi contrahet atq; necem.  
Incidet in foueam q̄ polluit improba vulpes:  
Quoq; aliis nocuit: hoc peritura modo.  
Hęc sibi quid pictura velit: vel inane poema:  
Qui legis hęc aures arrige quęso pias:  
Plus tibi nam pictura feret: q̄ cārmina nostra  
Rauca: improuisus me lupus ecce videt.  
Contestor quia nam mi Rex: me exponere totum  
Nolle: sub hac vulpis quod latet effigie.



Quisq; animi captu/motu & rationis: eo plus  
Diuinet: vulpes quid sibi/linxq; ferant.  
Quid sibi congestus caudæ: & veles in alta  
Arbore: quæ fertum callida sola trahit.  
Sit labor optime rex/cura & tua maxime cęsar  
Pręcipua: vt capias de ppe vulpeculas  
Linx satis astuta est q̄ vulpē vulpeprehendit:  
Altera enī alterius callet/abitq; dolum.  
At positę caſſes/sunt & sua retia vulpi:  
Inq; scrobem & saccum subdola turba ruet.  
Aestatem timet. æstiuus calor insidiatur  
Vulpibus: inde cadunt de cute nempe pili.  
Sed beat hoc vnum: pullis in imica q̄ hæc sit  
Bestia: gallinas decipit atq; vorat.  
O qui terrarū mundi & moderaris habenas  
Maxmiliane sacri sceptriger imperii:  
Et lincem vulpesq; time: nec crede dolosis  
Illoꝝ insidiis/teq; caputq; sacrum.  
Si tibi quę aduersa est neq; as gentem ve/feras ve  
Prendere: in illarum figere carne pedem.  
At saltem vulpes imitare: illude superbam  
Illarum rabiem: clamq; palamq; dolis.  
Sis memor insignem quondā dixisse magistrum:  
Induperatorem: belligerumq; virum:  
Deficiet pellis duri si quando leonis:  
Vulpina est illuc inq; suenda cutis.  
Auditus solers vulpi est: nocumenta dolosq;  
Pręsentit: sero & magna pericla subit:  
Qui sibi pellaci prouidit ab hoste/feroq;  
Illius insultus insidiasq; cauens:



Qui bene certarit christi pro legibus/atq;  
Iustitia: meritū/laureolamq; feret.  
Opposita ad glaciem cōiectat vulpecula aure  
Frigora si crasso/stent tenuive gelu:  
Sic tu maxime Rex: vulpes imitare: caue sed  
Ne te decipiat bestia vafra. Vale.

## Marcialis hoīs tumultua

riiq; militis & mortem contemnentis iactatio.

Sebastiani Brant.

Improba quid verbis mortē mihi imago minaris?

Participemq; tuę me fore sortis ais?

An ne vides quantuseō surgo in prēlia miles:

Qualis in incessu: q̄ mea vita ferox?

Nil tua perterrent me dira/& inania verba:

Te didici dudū spernere/adire/sequi.

Indicus vsq; adeo placidā vix gymnosophista

Fronte hilarī ad mortē: vt nostra caterua ruit:

Nonne vides leto nos cuncta pericula vultu

Suscipere: & mortis querere vbiq; locum:

Nec pro iusticia: neq; enim virtutis amore:

Pro patriis nec itē legibus oppetimus.

Sed nos nummus edax: funesta pecunia/cogit

Linquere rura. focos: sacrificalsq; domos.

Nos pridē expertus lybico sub sydere maurus:

Sarmata: nos dacus: nos getha sensit atrox.

Flandria nos vidit: maris accola/nostra britannus

Arma tulit: gallis cognita sepe viris.

Nos procul hispanos quos diuidit acer Iberus.

Iuuimus: atq; aīas sudimus innumeras.



Appuliã / & belgas: ligures quoq; sanguine multo  
Sparsimus: Italia est mox adeunda mihi.

Proinde minas: monitus: suadelã: verba: susurros  
Desine: non timor est / nec mihi cura necis.

Quin etiam ante aciẽ propinans pocula mortis  
Nudus in arma ruo: vulnera pulchra ferens.

Sic vitã institui: pacẽ horreo: temno quietem:  
Et præceps mortis transeo in omne genus.

Spes modo sit lucri: thurcos sequor / & saracenos:  
Bellorum quia nam gaudia sola iuuant.

## Mortis increpãtis hũanã

fidutiã cõtra tumultuarium quẽdã satellitem al-  
tercatio Sebastiani Brant.

Quid tibi vita procax: quid gloria vana iuuentę:  
Corporis aut prodest robur inane tibi?

An vagus incessus: vestis tua & impia: nostros  
Terrebit vultus: legitimasq; vias?

Pensa alios: qui forte pares tibi viribus olim  
Sub nostra tandẽ sed cecidere manu.

Sĩ numerũ polcis! lybicas reputemus aristas:  
Succida Sarmatici quę vel harena maris:

Quot cõuexa poli rotãtia sydera pascunt:  
Quot ve atamos solis versat agitq; calor.

Ad mea deproperant vitalia corpora regna:  
Serius aut citius cuncta creata ruunt.

Quid rogo stulta cohors: mortem mercede caduca  
Queritis: & vitam vendere stipe iuuat!

Vos regum nummi: vos seua pecunia perdit:  
Sponte iuuat stultos currere ad interitum.



Dum solitū fugitis mannūq; operūq; laborem:

In mortem ruitis/præcipitemq; necem.

Vos mihi tum penas datis/& stipendia digna

Sumitis:in promptu soluere cuncta queo.

Si præsciretis quæ præmia/qualia dona

Largior emeritis:militibusq; meis:

Vos ligo/& incuruū magis oblectaret aratrum:

Quam bellum horrendū/& prælia iniqua sequi.

Milia quot vestrum modicis periere sub annis?

Dum nimis externus motus:& gra placent:

Sedibus in propriis potuissent ducere vitam

Tranquillam.& patrię qui superesse suę:

Quos omnes rapui ante diē:tu deinde sequeris

Proximus:vt primus quisq; tumultus erit.

## De causis deprauationis

rerū omniū. Sebastianus Brant.

**D**Osteaq; impuberes cunnos gens stulta petiuit  
Et data militibus vetus est reuerētia mancīs.

Consule & imberbi regitur res publica quæuis:

Et passim indocti sūma ad fastigia scandūt.

Virtutisq; viam pauci sectant: & artes:

Perq; nephas leges/ius/phas/violant: & armis:

Et scelus & crimē virtutis sede locantur:

Ilia/mēbra dei probris lacerant apertis:

Inq; dies dolus augetur/fraus/pfidięq;

Et madet humano/sine causa/sanguine tellus.

Et lachrymas inopis causam quoq; nemo tuetur

Contigit extremā status/& gradus oīs abyssum:

Affidue & patimur multa flagella dei.



Sidt bludte meytlin wurden wert  
Vnd rytter/die mit bruchen swert  
Vnd rattes herren one berdt  
Prelât vnd psaffen vngelert  
Der kunst vnd tugend nyemans gert  
Vnd recht mit vnrecht wurt versert  
Vnd sund fur tugend wurt geerd  
Vnd man all glyder gotts verswerdt  
Beschysß vntruw sich täglich mert  
On nott wurt menschlich blüt verrert  
Des armen nott nyeman verhört  
Hant sich all stât vnd grad verkert  
Vnd würt mit plag/die welt verzert

## De piculoso scacorū ludo

Inter mortem & humanam conditionem.

Sebastianus Brant.

Angelus habens horologium.

Vitesūma breuis: vigili circūspice mente:

Signifera extremā denotat hora diem.

Kurtz ist die zyt/lüg für dich gnott

Sie stund ist vß/es naht der dott

Mors loquitur.

Ad sū nulla mora est: patere inuiolabile schach matt

Nec facit in munē te/pedo/liue senex.

Kein zyt ich beitt/schach matt/ich sprich

Kein allt noch venden fristen dich

Cesar in persona humane conditionis loquitur.





Omnipotens genitor/ludí si talis acerbi  
Conditio est: aiam respice/tolle meam.

Herre gott wie ist diß spiel so herb  
Begnad myn sel daß sie nit verderb

Mors inferius loquitur

Quid tibi mortalis cordi est homo: qd ve supbis?

Cū rapiam iuuenes quotidie/atq; senes.

Non ducis imperium: nō regia mitra coronę:

Pontificis sūmi/cardineus ve chorus.

Sceptra nec orbis ítem:nec p̄sulis ínfula sancta:

Mortis ab extrema conditione vacant.

Omnia disturbans mortalia iura resoluo:

Et cadit ante meos: quicqd in orbe/pedes.

Arbitrii nostri est/campo mactare vel albo

Vel nigro:tute ludite/victor adest.

Mensch war vff ist din hochfarr gstat

Du siechst das ich nym iung vnd alt/

Ich ker mich nit an dheinen gwalt

Babst/keiser/künig/herzogen gfallt

Hab ich bischoff vnd kardinal

Fry/graffen/ritter vber al.

Vor mynen füßen bracht zū sal/

Ich lár all kilchen/höff vnd sal/

Vnd trieb eyn gmeynlich/vff recht spiel/

Eyn yeglich feld mag syn myn ziel

Ich achten ouch der hüt nit vil

Da für büß mact ich wen ich will/



Conuersio cuiusdā seularis hoīs ad cognitionē  
sui ipsius Gnoti seauton Sebastiani Brant.

Heu quid tandē agitāt: inopes/ditesq;/hebetesq;?

Cū pueros passim mors rapit atq; senes.

Et terrenus amor cū mille doloribus/omnis

Terminat: ac tutū nīl sine fraude manet.

Quę me cunq; tenent terre: quo me quoq; verto

Illic nulla fides: mors quoq; cuncta rapit.

Nach gott wo mit gont sie doch vmb

Sie armen/sampt den richen/

Sidt allt vnd iung schön wise vnd tumb

Teglich von hymnan slichen

Zytliche lieb mit leid zergat/

War ich mich fer vnd wenden

So sünd ich vntrew vnd den dort

Sie welt düt sich so enden

Deliciis affluens loquitur morti.

An generi. aut opibus/an moribus/an ne iuuentę.

Parcitur o mors?

Mag adel/güt/zücht/dugents zier

Han frist vnd rüw o/dort von dir?

Mortis responsio.

Lege pari rapio quicq; d mortale creatum est:

Ibitis omnes/

Wit gleicher moß/on rüw vnd frist

Nym ich als das geboren ist/



Es ist ein boum der hat zwölff äst  
yeder ast hat by tryssig nâst  
Ein nâst hat vier vnd zwentzig ey  
Zwey vnd sechzig der vogel geschrey/  
Sis nagt eyn wiß vnd swarzer ratz  
Boum/nâst/ey/vogel/frisst die katz  
O gott wie sorglich ist diß wesen  
Wer mag vor diser kagen gnâsen

## In solis eclipsum Elegia

Sebastiani Brant.

**O** Phæton phætō quo nūc tua cādida ceruix?  
Quo rutile fugiūt gaudia nostra comē?  
Quis deus obicēcit tot nubila sēua: tot imbres  
Iam iam mellifluis crinibus vsq; tuis.  
An pater oīpotens disiecēcit fulmiē/currus  
Forte tuos. lauit mēbra vel erydanus?  
Sume animū fractasq; rotas lege: dirige lora  
Quadrupedū: mundo clarior oro redi.  
Huc ades: oīgenam videāt pia sēcula lucē:  
Et radiis lustra mitibus alme tuis.  
Plurima thura tuis sacris adolebimus aris:  
Et bellator equus/ad tua templa cadet.  
Phebe pater monstra radios hyperione claro  
Et tibi p meritis hostia digna cadet.  
More suo perse mactant celerem phætoni  
Belligerāq; feram: nos tibi thura damus.



# De laudibus Thermarū

Marchię Badensis .ode Sebastiani Brant.

Vrbs Baden quōdā mihi chara Salue:

Salue Thermarū decus inclytarū:

Quę tuos vnda refoues salubri/ &

Flumine viuo.

Rupibus cęlſis tibi murus horret:

Montiū circum iuga te coronant:

Arborū vertex: nemorū & cacumen

Te vel inumbrant:

Te/ licet Therme fuerint Neronis:

Gordius vel quas precio parauit

Maximo: nullus superabit vnq̄

Angulus orbis.

Tusculo quondam/ meus/ ex agello

Tullius terras fluitare fecit:

Quas ferunt lippis/ oculo & mederi

Cęcucienti.

Dędalus pennis fugiens feueri

Carcerem regis: peragrauit omnē

Aeris callem: tamen in cumarum

Colle refedit.

Cuius ex venis calidi resudant

Fluminis fontes: voluit lauacris

Mębra tam sanis operū magister

Aegra leuare.

Tu Baden cūctas superas calentes

Balneas: cędit tibi Tuscularum



Gloria: & Baſis data fama quondam.

Sedula priſcis.

Addo multarum loca balnearum:

Quę tamen noſter facile antecellit:

Fert ſuis palmã merito & triũphum.

Marchia thermis.

Exageratio laudis & inductio originis Marchionum. Carmen elegiacum.

Quin etiã his aruis poſuiſſes dędale templa:

Celte tuo/ & torno: te quoq; digna forent.

Sed veritus/ ne te Minoia vela requirant:

Et tibi ne rheni littora iniqua forent.

Cunq; tibi placuit regio hæc/ bona/ dulcis/ amęna:

Dicere his terris abſtinuiſſe tamen.

Nam tibi nota quidem cognatio noſtra vetuſta:

Et q; ab Antiquo Marchio gręcus erat/

Quippe agemennonię fertur prognatus auitę

Stirpis: & Atridę ſanguinis eſſe nepos.

Deinde per hadriacũ veniẽs mare: ad Auconitana

Littora: & hæc miſit Marchia prima ducẽ.

Quippe locauit ibi/ poſuitq; ingentia primũ

Fundamenta loci: traximus vnde genus:

Iuncti nempe duces: quę Mantua: quęq; Ticinũ:

Et qui noſtra procul Marchio rura tenet.

Dędalus id metuens cognata hæc regna refugit:

Maluit externo poſſe latere iugo.

Quo fit vt obscuro per tempora longa fuere.

Balnea noſtra loco: quę modo lata vident.

Principe ſub tanto creuere: & ad vltima mundi

Huius aque/ atq; loci credula fama volat.



Carmen epodon ex iambo alterno.  
Si mille laudē versibus locum Baden:  
Vires & omnes exprimam:  
Laudabo digne non tamen satis Baden.  
Suumq; diuū principem.  
Sufficient nec vlla forte tempora  
Laudes decentes in tuas

Continuatio carmīs Sapphici  
O ego optauī quotiens redire  
In tuas sedes: veterem videre  
Posse nutricem: mihi lactis olim  
Quę dedit escam.

Filios nutris genitrix benignos.  
Et bonos: vite quibus est honestas  
Et decor fame: pbita scq; morū: &  
Sedula virtus.

Apostropha ad dominos de capitulo Badēsi.  
Et quedā perexigua gratificatio carmen Elegi  
acum.

Vos igitur dñi insignes: nostręq; magistri  
Vite: huius facitis qui caput ecclesię.  
Vos mihi non digno: quantū exhibuistis honorē:  
Vos mihi non merito: munia quanta viro!  
Pro quibus officiis / si qua est mihi vita / studebo  
Esse quidem gratus: ac memor obsequii.



Quę me cumq; vocant terre: quascunq; per vrbes  
Ibimus/aut gentes: nomina vestra canam.

Iure quidem: quid enī optati mihi defuit vsq̄:

Vos penes: exegi dum modo nando dies?

Digni sub tanto vt degatis principe vestro:

Marchia quem & totū percolit imperium:

Digni quibinas habuistis sorte peritos:

Decanos: quorū nomina morte carent.

Equibus vnus erat doctor meus: at modo cassum

Lumine: deflerūt carmina nostra virum.

Alter adhuc viuus Sygwart Nicolaus: & omni

Dignus honore nimis: gaudeat vsq; velim.

Qui reparare potest quicquid deperdidit olim

Marchia: p̄ceptor cum meus interiit.

Non illi eloquiū: non experientia rerum:

Nec quicq̄ culti deficit ingenii.

Adde q̄ humanus. mores quoq; principe dignos

Ille habet: & quicqd patria sancta petet.

Da veniam te non palpamus amice: nec aures

Demulcere velim p̄cipitantis equi:

Te mihi munificum: mihi teq; fuisse benignū

(Certe homini ignoto) dum mihi vita. loquar.

Quicqd ero: mortis q̄uis detentus in hora:

Non tamen vsq; tui non memor esse queam.

Viue ideo incolumis: transi quoq; Nestoris annos

Et Cumea vide secula longa: Vale.

Sapphica peroratio.

Ibimus lares repetendo nostros:

Liberos dulces: patriamq; visam

Iam vale nrī memor vrbs Badensis.

Ibimus e heu.



# Ad egregiū & nobile virū

dñm. Hieronymū de weiblingē Canonicū eccle  
sie Basiliensis. De natura & moribus aduocato  
rum cōsistorialiū Sebastiani brant experientia.

Síte caufidicū mores studiūq; laterent  
(Quod neq; crediderim) (perlegere ista potes.  
Nempe solent lites pquirere / iurgia vana:  
Coruus vt assequit̃ sparsa cadauera humi.  
Hi postq̃ admissi sunt: causas sponte morantur:  
Quo magis amplaga ferāt cōmoda: lucra: stipē  
Quos p̃termittas si forsan / spes quoq; lucri  
Nulla sit: impediūt quo magis efficias.  
Lernē virus fundūt: furiasq; lacescunt:  
Et stimulant / mussant: pars inimica placet.  
Consultor causę sine munere / nemo salutet  
Hos: vacuas spernūt nempe videre manus.  
His quia gręca fides: nec mercem credere norūt  
Nī preciū videant: nanq; oculata manus.  
Quicq; agūt dygitis p̃dā populāt ad uncis  
Harpyę volucres / hi stygis atq; canes.  
Hos si sollicites: fastidia tanta: manentq;  
Immemores causę. des nisi semp eis.  
Si causas recitant. videas & Anubidis ora:  
Et Scyllę scopulos vociferasse putes.  
Consiliū si forte petes: placet ampla litura:  
Actaq; psuadent: scriptaq; multimoda:  
Cereā mons h oꝝ / Mydas cū litigat hyro:  
Seu cū Tersiti p̃gria Croese moues.



Vt truculenta solet/furiunt/lea: feta vel vrsa: aut  
Tygris vt hyrcana/linx/aper/atq; lupus.  
Corq; lycæoniū facilem exardescit in iram:  
Nec veniam nouit/nec pietatis opus.  
Luxuriant:luduntq; clienti/trux quasi thaurus  
Omnia consumunt vt Minothaure soles  
Contingatq; nares auri si forte rubigo  
Illorū: vīgiles Arge moues oculos.  
Laomedontea hinc piuria/amore facescun  
Auri: Narici cōcipiuntq; dolos.  
Insidiasq; locant (modo nūmi spes comiteſ)  
Pergama apud quales interitura Sinon.  
Consilia Achitofel promunt: Ionathæq; sagittas:  
Illi Absolonis oscula ad instar habent.  
Mendacis vani/vafri/astu/fraude dolisq;  
Versuti/obscuri:hęc sua vita viris  
Parcite patroni causas: parcite litis  
Causidici: experto credite. docta loquor.  
Noster adhuc alios expectans Iuo sodales  
Ante fores cœli tempora longa stetit:  
Stabit item: donec iustus/pius/atq; fidelis  
Causidicus illi forsitan obuēniat.

**In venerandi patris Jo-**  
hannis Triteſmii abbatis Spanheimēsis opuscu-  
lum de miseria p̄latorum claustralium/epigrā-  
ma sapphicum Sebastiani Brant.

**Q**ui meas nuper pater Abba venit  
In manus multī precū libellus.



Is tuū nomē tulit: hunc **ϕ**leta

Fronte relegi.

Nēpe condignus fuit ille vīsus

Quī meas lectus penetraret aures:

Quando p̄scriptos titulos Trytēmi

Patris habebat.

Addo **ϕ** sanctos docet ille mores.

Regulam ponit: studiū**ϕ** vitę: &

Cuncta quę fēlix Benedīctus olīm

Prodīdit abbas.

Hunc tuum patres vtīnā laborem

Quī student somno/canibus/caballīs

Perlegant: maior foret hīs p̄fecto

Cura salutis.

Hī struunt edes/stabula/atq; turres

Nulla librorū studiū ve cura est:

Scorta cōducunt: famulos sup̄bos:

Ventris amici.

Turgīdis buccis: capite atq; crasso

Abstinent quantū/facile est videre:

Aestuant baccho: venerē**ϕ** putrem

Venter inēscat.

Tu doces solo studio beari

Posse: p̄elatos mīseros reformas:

Desides pungis monachos: iubes**ϕ**

Viuere christo.

Hī vel equales calices/repleti

Hauriunt: horas totiēns diurnas

Negligunt: ludo vīgiles nefando

Non sua perdunt.

• Sęculi pompas agitant inanes:  
Principes quęrunt: simulant forenses  
Sępius causas: iuuat hosq; / soli  
    Viuere mundo.

Sobriam vitam tua scripta suadent:  
Carnis & monstras viciũ domandum.  
Vota quo seruent modo: fratricelli  
    Dogmate tradis.

Noctibus totis vigilas legendo:  
Deferis nunq̃ studium diurnum.  
Comparas amplam /struis atq; dignam  
    Bibliothecam:

Hi sinunt fratres lepores fugare:  
Insequi ceruos / volucres / sagenas:  
Fornices cunctos / male peruagare:  
    Veste reiecta.

Tu iubes sanctas legitare fratres  
Litteras: cellis habitare clausis:  
Sęculi sordes fugere / & maligni  
    Dęmonis arma:

Iure te totus facer ordo fratrum:  
Iure te clerus colit vndiquaq;  
Teq; doctorum celebret virorum  
    Turba / chorusq;:

Viuę Vale memorande pater / qui dogma sacratũ  
    Tãq; bonum: vita: litterulisq; doces.

Tu decus es rhęni: monachorum gloria. nostris  
    Germanis / celebri semper honore parens.

Carmina quę nostros inter / cape cruda / labores.  
    Lusimus: ah tanto vix bene digna viro.



# De francisci petrarche lau

de & prestantia S. Brant.

Gloria petrarche tanto est cumulata decore:

Vt sibi nil addi/nil minui ve queat.

Quicquid eni humanis potuit complectier vsq̃

Vsibus excultis: arte/vel ingenio:

Hoc meus ingenue nouit bonus ille poeta:

Calluit hic cunctas funditus historias.

Omnibus his spretis: sed eni hec fucata veneno

Secula mortifero: liquit & illecebras.

Et nemora/& montes habitas colit atq; frequetat:

Secreti calles/& loca sola placent.

Proinde sibi obtinuit famamq; decusq; perhenne

Et fieri meruit charior inde deo.

Illic solus eni tot digna volumina scripsit

Que viciata quide/& sparsa fuere prius.

Pressimus hec nup: sed adhuc nonnulla sup sunt

Tangere que nostros non potuere manus.

Plurima Amorbachio debes Francisce labori:

Multa etiam nobis q; bene tersus abis.

Sed tua te virtus: tua te prestantia dignu

Reddidit hoc nostro (crede) labore. Vale.

# Ad prestatissimū iuris pō

tificiū doctorē: dñm Marcum decker/ ecclesię bea  
te Marię virginis Ertforden. Decanū/ de Glorio  
se campanę eiusdē ecclesię : nuper de anno dñi .  
1497 Nonis Iuliis instauratę prestantia & sono  
ritate: Harmonilogia S. Brant.

**D**Arua fuit quondā Nolę experientia cunctis:  
Dictaq; res/paruo noīe/parua fuit .  
Quin hodie multis quoq; gentibus/illius vsus  
Nullus adest:nolę noīa/resq; latent.  
Hac Arabes:perse;parthi:thurce;/& Saraceni  
Cum Mahumētana gente:Scythisq; carent.  
Soli christicolę primū inuenere:sacratīs  
Aedibus:addiderant nomen abinde nouum.  
Nam quę nola prius:demū campana vocata:  
Nomen ab vrbe vetus:de regione:nouum:  
Vtile certe opus est:& quod iuuat:idq; pphanis  
Rebus:& vrbanis:vtimur atq; sacris.  
Diuinos illo sonitu celebremus honores:  
Hoc superis canimus festa decora sono.  
Tinnitu hoc hoīm thalamos:letosq; triūphos:  
Ciuiles q; foros/pmimus atq; iocos.  
Quin etiam inferiasq; ferales:exequiasq;  
Funebres/Nolę pandimus officio.  
Temporis hinc factū est successu:vt maior vbiq;  
Cresceret:atq; aucta est/pondere/voce/sono.  
His ego Pariseos/inter precellere Gallos  
Audieram:ingenti pondere habere sonos.



Inter Germanos: Nemetū celeberrīma Spyrā  
Quondā erat: a nolīs nomen habere studens.  
At nunc fama volat/ nostras quę cōtingit aures:  
(Credula vix paucis nec memorata viris)  
Nuper in egregia Germani nominis vrbe  
Thurignę gentis quę caput/ & domina est.  
Hic vbi Marce soles doctor clarissime sedem  
Atq; beneficii nunc habitare domū.  
Prorsus inaudite molis κώδ' ὠμῶν refusum.  
Sic etenim gręco noīe nola sonat  
Igniuoma hanc misere campanam flāma resoluit:  
Vrbs prius incenso quando inopina perit.  
Nunc multo grauior/ vocisq; sonoriore extat:  
Quā fuerat quondā: dissimilisque sibi.  
Quadraginta etenī. & bis centenaria centum  
Fertur habere suo pondere multifono.  
Vt plane affirmare ausim/ mundū ppe totū:  
Huic neq; maiorem: nec tenuisse parem.  
Haud facile inuenies/ quę pulchrior/ aut melior sit:  
Accentu altifono nulla sonora magis.  
Hęc vbi pulsa: cum verberat aera clangor:  
Fulmina de celis mox cecidisse putes.  
Concutitur tellus: tremit aer: & intonat ether  
Stridorē & fremitū/ tacta dat aura/ grauem.  
Cerneret hanc si docta Iubal: mox diceret/ o he  
Quantū ars excreuit pondere nostra graui.  
Gloria nolaz: campanarūq; per orbem  
Gloria sola manens: nomen abinde tenet.  
Tris aliasq; addo: quartū tenet Anna secundū:  
Tertia nomen habet/ dicta/ Maria quidem.

Quartā minor voce & sonitu/vocitatur Osanna:

Vt prima: altera mi: terciā solq; canit.

Quę simul vt resonant: concentus in æthera dulcis

Exilit: & suauī sydera voce tonant.

Quod quōdā Eurotas sacer: & parmyssus amēnū:

Hoc audit tuus en nunc quoq; Gera melos.

Gaudia quę Ladon placidus/doctusq; Cayster

Cepit ab accentu: nunc quoq; Gera capis.

Quęq; helicon dulcē: argutū quē Mēnalus hausit:

Mons Petri excelsa captat/in vrbe/sonum.

Hacego/Marce reor/tanta dulcedine motū:

Illectūq; sono/te bone amice/nimis.

Vt præter cunctas vrbes: patriaq; relicta:

Ertfort sola tibi/perpetuoq; placet.

Fors merito: princeps tua nēpe Ertfordia: supra

Germanas vrbes: theutonicosq; lares.

Illa quidē agroꝝ bonitate/atq; vberē glebę:

Cunctis rhēnanis anteferenda locis.

Addo q; ecclesias habet/atq; insignia templa

Plurima nobilis vrbs: vt tibi iure placet.

Et placeat: nostrę dū sis minus inmemor vrbis:

Dumq; velis patrii comminisse soli.

Ni facias: sonitus Curetum (crede) ciemus:

Ere repercusso nostra vocetur apis.

Dulichiu inuenio cera obturasse/ministris

Aures/& sociis: ne sonitu intereant.

Ne ve Acheloiadū cantus: vocesq; soroz;

In patriā reditū blandisonę impediānt.

At si te oblectant campanę: attende canoros

Nolarū sonitus quos Basilea tenet.



Illa etenī nup / crepitanāq; ęra / nouauit.

Campanasq; bonas fecit & altifonas.

Pondere diſſimiles licet: at dulcedine vocis

Non aſpernandas: ſuauifonasq; fatis.

ſiue Syringa ideo: te ſiue melodia mulcet:

Hic dabimus / qualē pan quoq; habere uolet.

O utinā uſq; adeo noſtrę tibi dulce ſonarent.

Campanę: quatū / doctōr amate / mihi.

Crede mihi paruas cū delectamine magno

Audires: rheni & murmura dulciſoni.

Sępe etiā paruę uolucres / modulamina promūt

Dulcia: dant ſonitū cymbala parua bonū.

Proinde tuę patrię non ſis oblitus amęnę.

Facq; olim redeas: inclyte Marce uale:

Me quoq; fraterno dignabere amore phenni

Diligere: & charū ſemp habere. Vale.

Plus quippe abſentē te ſuſpiro / atq; gemiſco:

Quam natale ſolum poſt habuiſſe. Vale.

## Ad Campanā Baſilee di

ctā Felicis papę. uerſus infuli. S. Brant.

**I**Nclita dulciſono tinnitu digna maria eſt  
Cuius ad obſequiū ſuperas it clāgor ad auras.

Tēpore cōciliū Felix dedit / improba fregit

Puſſantū manus: inſtaurat pia fabrica fractā.

ſi numę poſcis: mille & quater accipe / centū &

X nouies priſcū nomen & arma gero.

# Suo weiblingero.

Sebastianus Brant.

**Q** me cōuiuam comitū dignarīs herili:  
Iussisti & mensē pticipem esse tuę.  
Grator in inmēsū: placet hęc tua rara voluntas:  
Parce tamen: magnus me quia papa vocat  
Ille quidē noster venerabilis & bonus Abbas  
Cui modicū atq; parū/nomē inane dedit  
Nomine sed nostro iubeas: saluere Iacobum  
Hospiti ei vultū fac hylarē atq; bonum.  
Nec solito rugas tua frons de more seueras  
Contra hat: infundens pocula larga. Vale.

## In laudem Rosuide muli

eris poetridos. S. Brant.

**G**loria Germani debet tibi Rosuitha multū  
Nominis: illustrant q̄ tua scripta nimis.  
Carmine nā polles: effingis verba latine:  
Comica sancta refers: historia s̄q; canis:  
Quis non miret̄ q; femina docta/poema  
Nobile: barbarico scripseris inq; solo?  
Contulit Otthonū vix tantū gloria/laudis  
Saxonibus: quantū fœmina sola suis.  
Hinc tibi quicquid habet meriti Germania reddet  
Cui post te nulla est docta virago. Vale.



# Ad reuerendissimū in chri-

sto patrē / Illustrissimūq; dñm Hermannū Colo-  
nię Agrippinę Archiantistitē: Sacri Romani im-  
perii principē electorē: atq; per Gallias archican-  
cellariū Lantgrauium Hassię. Westualię & An-  
garię ducem: Ecclesięq; Padeborneñ. coadiuto-  
rem magnidecentissimū: dominū sibi perpetuo  
obseruādū Sebastiani Brāt: in libellos Felicis hē  
merlin Cantoris Thuriceñ elegiacū Epifodion.

**U** Venerat in mēsem dudū illustrissime p̄iceps  
Velle tuum totū me dare in obsequiū.

Nec voluisse pudet: sed multa negocia partim:

Me partim & longę p̄pediere vię.

Vnde etiam inceptū tenui calamū: auspiciūq;

Haectenus: & siluit musula nostra diu.

At tandē mecū: miser ah. tam principi honesto: &

Illustri: ignotum num pudet esse viro?

Hinc tentanda fuit via qua dignarer amore:

Quaq; sacro fruerer principis alloquio.

Incideram interea dum forte / opus: atq; libellos

Felicis nostri scriptaq; malleoli:

Continuo excussum: certe hec sunt principe docto

Atq; Agrippino p̄sule digna legi.

Auctor enī illorū Germanis natus in oris.

Germanus merito p̄sul eumq; leget:

Inueniet quia nam: ludosq; salesq; modestos

Mordacesq; iocos: vafraq; dicta viri.

Dicacem offendat lector cynicumq; magiltrum:

Quiq; hostes lacerat mordicus vsq; suos.

Vnde et iure suo poterit dici ille Cicada

Que semel vt tacta est: murmura longa canit.

Temporis ille sui carpit: variosq; reprendit

Indecores actus: scandalia multa notans.

Ipse stilus scripti: q̄uis leuis atq; humilis sit:

Nec fatis incudi traditus eloqui:

Plautino q̄uis redolet minus ille nidore:

Est tamen et salibus plenior atq; iocis.

Que tibi scripta quidem. princeps clarissime: presul

Magnifice exhibeo: dedico & illa tibi:

Et si quando vacet: nostros percurrere libellos

Atq; manu voluas: illa vel illa: sacra.

Compies (q̄uis vultu grauis atq; seuro

Sis pater) vt risum vix retinere queas.

Cunq; leges: nostri memor illustrissime princeps:

Nō donū aspicias: verū animū atq; fidem.

Meq; tuos inter seruos numerabis inanes:

Qui mihi ppetuo tēpore numen eris.

Te mona: Leodiū: colit: Herbipolisq; tribus nam

Ornasti has vrbes iam modo presulibus:

Hinc patris instar amat te quisquis episcopus harū

Te faciente quidē culmina tanta tenent.

Te caput atq; patrem Germana Colonia seruat:

Te dominū atq; ducē westualus acer amat.

Hassonibus princeps: Padeborn tua dextra guber-

Esq; coadiutor illius ecclesie. nat:

Littera docta tibi nota est: tibi bellicus vsus:

Consilio atq; armis/cuncta decora facis.



Vtq; alios sileam titulos: laudisq; triumphos.  
(Quorū me fessum copia longa premit)  
Nussiam solus seruasti/splendide princeps:  
Que fuit hostili iam laceranda manu.  
Pertulerasq; tuis virtutibus obsidionem  
Annalem: fortis magnanimitq; ducis.  
Fecisti atq; hostem tibi cedere: menia quīs  
Ariete contorto decutiebat humi.  
Tum vere enituit quantū virtute: potenti  
Corpore: consilio: presidioq; vales.  
Senserat imperium tum dignū prorsus honore  
Te celebri: & tanto iure sedere loco.  
Inde pii elector regis quoq; Maxmilianī  
Factus: eum innato diligis officio.  
Rex quoq; te rursus pre cunctis diligit vnum:  
Teq; patres seruat: percolit atq; loco.  
Te cuncti venerantur: amant: te principe gaudēt:  
Cōmunemq; vocant te patrię esse patrem:  
Tu decus es rheni: tu gloria prima: senatus  
Imperii: & terre splendor es omnigenę  
Iccirco dignū est: longos vt Nestoris annos  
Maximus ille tibi det deus atq; parens:  
Quo regi: & patrię: valeas prodesse/paterno  
Consilio: atq; armis presidioq; tuo.  
Diue tibi faueant/precor/o pia munimīna presul:  
Meq; pater (placeat si tibi pauper) ames.

Ex Basilea Idibus Augustis. M. cccc. xcviī.

K. iiii.

# Ad lectorem

Fœlicis si te iuuat indulgisse libellis.

Malleoli: præsens dilige lector opus.

Illius ingenium variis scabronibus actum

Perpicis: & stimulos sustinuisse graues.

Casibus aduersis (aurū velut igne) probatus:

Hostibus vsq̃ suis malleus acer erat.

Hinc sibi conueniens sortitus nomen: vt esset:

Hemmerlin dictus: nomine: req̃: statu.

At fœlix tandē: vicioq̃ illęsus ab omni

Carceris e tenebris sydera clara subit.

## Illustrissimo antistiti. Re

uerendissimoq̃ patri & dño Iohāni Dalburgio:  
Vangionū præsulī ornatissimo. Sebastian⁹ Brāt  
omnifariam salutem.

Q̃ me Dalburgī generis/celeberrime præsul:

Germanū/& Rhēni: Vangionūq̃ decus:

Diligis inmeritum: grates tibi soluere dignas

Vt nequeo: peragant sic superi(oro) vices.

Dignus enī optime vir capere ex helicone coronā

Quę tua perpetuo tempora flore tegat.

Iure quidē: nam Castalio de gurgite venas

Hausisti: & quicq̃d Cyrtha liquoris habet.

Hinc tua mellifluo sunt illita pectora rore:

Per tua labra fluit nectar Apollineum.

Vix tua te digna est sedes: tam præsule iusto:

Tam sancto/atq̃ pio/doctiloquo q̃ viro.



Vtq̄ decus formę: & p̄nobile stemma parentum  
Subticeam: & quicq̄d corpora dotis habent:  
Quis rogo librorū veterum studiosior vsq̄  
Quęstor: lector: bibliopola: parens?  
Quis nā eque Hebręę p̄clara volumina legis:  
Gręcorūq̄ petit p̄sul habere libros?  
Veneris ad quascunq̄ vrbis: mox quęstio prima ē:  
Si quod ibi p̄iscum comperiat opus.  
Idq̄ ita miraris: memoriq̄ ita mente recondis:  
Vt tibi tempus edax eximat inde nihil.  
O vtinam in cunctis (quot habet Germania saltē)  
Effet episcopis par tibi docte pater.  
Nam sic (crede) domi melius res cuncta/forisq̄  
Ecclesiis/tali sub duce/proueniat.  
Hinc factū/vt nup̄ Lupoldi forte libello  
Mandarim/limen mox vel adire tuum:  
Optet vt incolumem/nostro & te nomine saluū:  
Et vultū subeat/iuditiūq̄ tuum.  
Et data digna quidē est occasio:nēpe Iacobus  
Vimpflingus: fratrem hunc iussit adire tuum.  
Huncq̄ adeat:cędo: nostris dū te quoq̄ verbis:  
Capniona & nostrum fronte sua/exhibeat.  
Non fumum ex fulgore. sed ex fumo dare lucem  
Capnion ille solet: lux patrię vna suę.  
Accipite hanc vultu nostrū sed vterq̄ sereno  
Lupoldum: vestras pulsat enim ille fores.  
Continuo historiam placet & submittere Othonis  
Frisingi: & barbę principis arma rubrę.

# Therastichon in Beben

burgum: Sebastiani Brant.

Relligiosa ducum / regum quoq; catholicorum

Noscere si zelū vis fideiq; sacre:

Seu q̄ chara illis fuerit respublica christi.

Ecclesieq; salus: & decus imperii:

Theuthona tu in primis gens / & Germana ppago:

Perlege Lupoldi dignū epitoma tui.

## Ad Lupoldū operis hu-

ius auctore parua quedā elegiaca S. B. suppletō

**Q**uidā plustras regū Lupolde bonorum

Et germanorū facta decora ducum

Ingens vnde decus fidei / christoq; sacrate

Ecclesie excreuit: presbiterisq; suis.

O tua si nostros vidissent tempora reges:

Quos domus Australis religioſa tulit.

Deuotū in primis regem modo Maxmilianm:

Cum patruo: & proavis: cum genitore pio.

Per quos templa deum: cultus quoq; religionis:

Plurimus enituit ecclesieq; decor.

Addo q̄ ille meus Rex: mox quoq; Cęsar: amore

Relligionis: addit iam noua regna procul:

Queq; fuit longis tellus sacra perdita ab annis:

Hoc duce: nūc animo: mox reparāda manu est.

Grandius illud opus / maiori & voce canendum

Quam factū a cunctis regibus atq; viris.



Karolus ille ingens/armis/virtute/manuq̄.  
Plurima pro christi prelia honore tulit:  
Multa etiam obtinuit regna: externosq̄ subegit  
Quos fidei populos adderet ipse sacre:  
Sed non tantus erat/nec tam ppe regna tenebat  
Hostis: in inmensum qui modo creuit atrox.  
Ille quide gentes christi ad baptisma quietas  
Impulit: adiciens regna aliena sibi.  
At noster modo rex/Græcos q̄ & Achaica regna:  
Illyricosq̄ suos iam repare studet.  
Cogitat ille urbem Constantini: Antiochiq̄:  
Atq̄ emptu christi sanguine habere solum.  
Hic labor/hoc studiũ/mens principis atq̄ volũtas:  
Vt reparet fidei membra: caduca leuet.  
Non aliena sibi sceptrâ hic: non regna: nec vrbes  
Affectat: sua sed perdita habere petit.  
Quin etiam somno/sua si quandoq̄ relaxat:  
Et/procul a curis/regia membra iacent:  
Cõtinuo ante oculos morpheus/sub imagine/ terre  
Christifere: Solimas monstrat: & illyriam:  
Prefert atq̄ nouam Romam/Bizantia que nunc  
Regna/Othomanorũ gens malefida tenet:  
Roma recurrit item vetus: & profusus vbicq̄  
Christicolum gemitus: flebilis atq̄ status:  
Vt dies tristi sic nox abit anxia regi:  
Cor q̄ sacru ad curas mens agit innumeras.  
Donec (quod superi citius date) regius ille  
Conatus/finem sorte bona accipiat.  
Atq̄ vtinã tandem/possit parere inclytus heros:  
Pectore quod dudũ parturit ille sacro.

O præstans animi rex: inuictissime Cæsar:  
Vnica Germanis spesq; salus q; tuis:  
Afforet o vtinam si nunc focer ille Philippus  
Quondam Burgundis gloria sola tuis:  
Si Fredericus item qui sancta palatia rhēni  
Dux olim tenuit/magnanimusq; comes:  
Si vel Eberhardus Comes olim/postea princeps  
Suzuorum: & rhēni gloria magna ducum:  
Cuius ab ingenio Sophos & prudentia fluxit:  
Barbatus sceptri quiq; magister erat.  
Longa per Europam fuit horum fama virorum:  
Theutonici fuerant/portus & aura solī:  
Hi tibi consilio:tibi confidentibus armis:  
Confectam audenti pectore remq; darent.  
Sed quid ego hos memoro! qd fata reuellere pgo!  
Tantorūq; ducū conqueror inferias!  
Præsule cū frueris quē clara Maguntia sedes  
Berchtholdū ingenio consilio q; fouet.  
Cū tibi Agrippinū veneranda Colonia/diuū  
Hermannū mittit/præsulē & eximiū.  
Is tibi consiliū/armis/vel amore parentis  
Instar vt est:tibi sic ppetuo ille manet.  
Cū tibi Saxonie domus/& ppe iuncta propago  
Mittit Adelberthū cū patruale ducem.  
Cū tibi Christoferus sit marchio sanguine iunctus  
Badensi: inuicta belligeraq; manu.  
Est tibi baiouarum tā plurima turba potentū  
Principū: & imperii stemmata clara sacri:  
Præcipue insignis clarus q; Georgius: hic quem  
Vlueras belli nunc caput esse tui.



Horum ope & auxilio poteris quæcūq; (licet sint  
Grandia) adoriri: perficere atq; cito.  
Tu quoq; Maxime rex/hos inter splēdide princeps:  
Sol velut illustrans astra minora/nites.  
Est tibi consilium: tibi mens/tibi conscia dextra:  
Experiensq; animus: sunt tua tela manu.  
Tu potes imperium terras deducere in omnes.  
Pānonias q; tuo numine vtrasq; trahes.  
Dalmata te sequitur: te rheti: vindelicisq;  
Noricus: atq; albis/vistula/rhenus: atax.  
Atq; loco soceri veniet tibi sponte Philippus  
Filius: & gentes afferet inmodicas.  
Forte etiā Galli teq; & tua signa sequentur:  
Cunq; Aquila incipient ire/volare sacra.  
Certius id certo: quoniā Fernandus Iberus  
Magnanimus cupiet cōcomes esse vię  
Itala qd memorē? qd regna lygustica? & vrbes  
Apulicę: & calabros: Ciciiliam: atq; rhodū:  
Te q; sequi cupiet quicūq; ardescit amore:  
Carnigeri: flagrat siue timore dei.  
Ne patere optime rex: vulnus: saniemq; / malumq;  
Longius/inq; dies serpere continuo.  
Affer opem/medicasq; manus: incendia per te  
Sedentur: christi te duce nauis eat.  
Da rex diue tuis pacem rogo gentibus: aufer  
E medio plebis scandala seua tuę.  
Te moueant lachrymę: gemitus/suspiria/fletus:  
Quos passim fundit grex tuus interiens.  
Sic immortalis te gloria: fama: decusq;  
Sic tibi proueniant optima quęq; Vale.

# Ad rhenardum suum

Gaudeo tandem Venerande vates  
Quod meos fors concilias amores  
Quodq; ludis carmina digna phoebo  
    Siue helicone.

Charius quicq; mihi crede non est  
Quod magis demulceat hos ocellos  
Quã tuas hippocrinides puellas  
    Sepe videre.

Quare non suetas resonare musas  
Cogor: & si non mihi sit facultas  
Nec lire: neruos modulosq; norim  
    Plectrave gessi

Cognitus dispar mihi iambus ante  
Non fuit: claudus neq; pes trocheus  
Facta sed regum: Venerisq; curas  
    Dactylus egit.

Deniq; heroo pede nostra Clío  
Quod tulit mens lusit adusq; diuos  
Et modis forte imparibus thalia  
    Nostra cucurrit.

At gerens morem sociale carmen:  
Ob tuas doctas: fidibus canentes  
Nunc sorores Pegasides sonabit  
    Sapphica chorda.

Quid tamen versu calamo ve agresti  
De tua scribam facili Minerua  
De tuis seu dulcisonis puellis  
    Accipe paucis.



Carminū tantus decor est tuorū:  
Tanta visq; est ingenii modesti  
Nesciat laudes canere vt decenter  
Musula nostra.

In tuis nā versibus approbatīs  
Vidimus scriptū nihil esse frustra  
Quod queri posset cryticus seuerus.  
Nil vel abesse.

Tāq; nos oblectat amice carmen  
Quod mens gentilis habet sacratūs  
Editū per te: vt mihi nil in omni  
Gratius orbe.

Quo fit hercle vt te / nisi nos amem?  
Haud potis demū sumus: imo toto  
Prosequi te corde iuuat per eum:  
Atq; ita habeto.

Ceterū nobis veniā petitiā  
Maxime o vates dabis & libenter:  
Nosq; ames nobisq; fauebis: oro.  
Iamq; valetō.

Quos Rheynarde tibi mitto sine pondere versus  
Oro absq; inuidiā plege. & inde Vale.

## Ad eundem.

Quā tibi regnator supū Rheynarde salutē  
Ferre potest: optat nostra thalia quoq;  
Felicesq; dies: fatalia tpa opima  
Dent tibi dii magni: lanificq; deę.

# Ad inmemorē bñficiū.

Quid precor tentas bone nā magister

Aonas nostras tociens sorores!

An iuuat te pierides fugare

More pirenei!

Tantalus num te monet: aut seuerus

Ixion/quē culpa rotat colubris:

Sisyphus vel saxa mouens molesta

Temnere diuos!

Gaudeas nostris merito vt periclis

Nescio quis te deus hociubebat:

Non Thalía id te docuit sacrata/

Calliope ve.

Si quid vsq̃ fecimus ob fauores

Nos tuos: sequis facibus Megera

Tristis accendit: vocat atropoñq̃/

Tesiphonēq̃.

At nec aduersabor ego petitis/

Quin geram morem tibi vir pbate

Cū nihil vatem deceat negare / &

Maxime amāti.

Quos petis versus tibi nostra arundo

Ludat: a nobis igitur benigna

Mente q̃primū capias: tuū me

Rursus amaq̃.

Ceterū versus tibi si placebunt

Forte nostri: significabis istoc

Nuncio: seu certe alios magis vis

Sum bene gratus.



# Pro amenitate Scube

scribarum Basiliē. S. Brant.

Si te forte iuuat lapidosos visere montes.

Rhoetæsq; arces: pergameasve domos:

Mēnaliūq; nemus: simul & pineta lycēi:

Vimbriferas siluas / chare viator habes.

Si quas forte niues pater apenninus: & alpes

Sydereę teneant dulcis amice vides

Flumīa vel varias subter labētia terras

Pisfososq; lacus: squamigeras q; feras:

Nauīta vel veniens / vel iens: mercē applicat istis

Quomodo littoribus hīc bene cernere erit.

Decipit atq; alius illic lino / calamove:

Piscibus obiciit hīc ęra recurua cibos.

Hīc tepidus volucrum resonat cōcentibus aer

Quę modulis mulcent ęthera dulcisonis.

Hīnc potes alcinoi pomeria cernere & hortos

Inde theatralis arria lata fori.

O foelix nīmiū locus hīc / nīmiūq; beatus.

Qui tociens tanti iudicis ora videt:

Ille & iusticiā reddit: legemq; ministrat.

Solatur tímidos sepe vel illi reos:

Huc fluit ex omni numero pia turba viroꝝ:

Ius quibus est charta: ius calamove frui.

Viuite vos igitur placida sub pace quieti.

Vos quibus huc aditus introitusq; patet:

Vos pia pax foueat: cędat thaumancia proles

Grande loco nostro (credite) numen inest

Sexto idus Februarii. 1486.

# Exrecratio contra fortunā

quę p̄ electionē fabę regem fecit. S. Brant. 82

**V**dis in humanis fors fallacissima rebus.  
Et cōtemta venis: sępe vocata fugis.  
Eligis indignos pietatis imāgine: dignos  
Supprimis: & nulli tempora longa faues:  
Me regem statuis quia comoda nulla sup̄sunt:  
Quem neq; pastores / nec sua rura colunt.  
Sed quia sic placitū est: sis o fortuna secunda  
Auspicioq; tuo per mare tutus eam.  
Nam geris imperium mundi: sceptrūq; voluntas:  
Orbis te dominā dicimus atq; deam.  
Te penes arbitriū: regem regina inuato  
(Nāq; potes) remis fracta carina natat.  
Scilicet ediscas tandē esse benigna misello:  
Quęq; diu monstras / da rogo regna diu  
Tange sinus nostros nūq; patiere repulsam:  
Et modo quę fingis regna futura sciam.  
Rex ego sum fateor / tenue & sine munere regnū  
Omnia cū desint: carminā sola manent.  
Quę si munificū possent portendere regem:  
Ditior Ante senex / te quoq; Croese forem:  
Iam fortuna vale cursa sursumq; deorsum.  
Non secus atq; soles: fac imitare pilam.



Finis Carminū Sebastiani Brant.

Hoc Titionis opus/dulcis Wymmare peractum

Suscipe: amore quidē pressimus ista tuo.

Sive igitur superū laudē: p̄conia: vitas:

Aut merita inquiras: hic facile inuenies

Seu te magnanimi virtutē Maxmiliani

Audire oblectet: perlegere ista potes.

Auditu inuenies q̄ plurima digna decoro:

Crede animū poterūt quę recreare tuum

Iamq; Vale optie vir: veterē fauore benigno


Prosequere Olpigenā me rogo semper ames.

Carminū Sebastiani Brant tā diuinas q̄ humanas

laudes decātantiū opus: foelici sine consūmatū Ba

sileę opa & impensis Iohannis Bergman De Olpe

Kl. Maiis Anni &c. xcviij.





# Registrū carminū S Br̄ar

A

Io. Bergman de Olpe Archidiaconi gr̄adisualle.  
Epistola ad dñm w. de Ercklens decanū Aqueñ.  
De cōceptione virginis gloriose inuectiua contra  
maculistas.

De salutatione angelica

Contra Iudeos & hereticos partum virginalem  
fuisse possibilem Argumentatio.

Querimonia virginis in passionē christi

Consolatio christi ad matrem.

B

Rosarium ex floribus vite passionisq; dñi nr̄i iesu  
christi consertū sanguinolētis quoq; rosīs cōpas  
siōis quicq; gladiorū virgīs itemeratę intertextū  
cū singulis angelicis salutatioibus cōtinuandū

Elegiaca exhortatio in cōpassionē virgīs Marię

In laudē deiferę virgīs hecatostichon

De locis mirificis beate Marię virginis

C

De numero & ordine festiuitatum virgīs Marię

Elegia christi collaphis celi.

De māna celesti & ingratitudine oīm illud edētiū.

De sancto Sebastiano.

D

Vita sanctissimi Onophrii

De variis heremi cultorib⁹ in laudē diui Onophrii

E

Vita sancti Onophrii



De glorioso p miseris peccatoribus apud iustum  
deum patrocinio.

E

Salve regina

Pro reliquiis aquisgrani conseruatis

F

Ad diuū Valentinū presulem

Ad diuum Iuonem aduocatum pauperum

De sancto Iuone hymnus

Ad diuum laurentium precatio

Diui Brunonis vite institutio & de laude & exorna  
tione ordinis Carthusien.

De vita solitaria exhortatio

Ad sanctum Appollinarem

De vita humana bene instituenda

Ad sanctum Nicolaum

Ad sacramentū Eucharistię

De Natali christianismo

G

Coriambica prelatio in odas passionis christi  
& varia generis carmina passionis christi.

H

De laudib<sup>9</sup> & meritis sanctissimi Ioachim p̄iarchę

Ioachinus hymnus sapphicus

Ioachina panegyris choriambica

De digno p̄conio quatuor doctorū ecclesię

Ad diuum aurelium Augustinū

In laudem sanctissimi patris Ambrosii

Inuectiua contra mundi delicias

**I**

**De clementia piissimi patris in receptōe filii p̄digi  
Collatio diui Conradi cū beato Vdalrico**

**Diui Vdalrici responsio.**

**Ad sepulchrū dñicum in Maguntia.**

**Ad sepulchrum beate Cristianę p̄pe Basileã**

**K**

**De martyrum preconio & meritis sancti Cyriaci  
diaconi & martyris.**

**De sancto Germano abbate Grandisuallensi &  
martyre p̄pe Telsperg.**



a  
De corrupto ordine viuendí pereuntibus.

bc  
In bethicū triumphū congratulatio.

d  
De víta & cōuersatione Regū Israhel & Iuda.

e  
De captiuitate Regis Romanorū cōtra flamíngos  
De fulgetra ímani in agros Suntgaudie prope  
Basileam Anno &c. xcii. Iaculata.  
De morte ímperatoris Friderici. iiii.

f  
De cōfederatōe sūmi pontificis cū serenissímis Ro  
manorum & Hispaniæ Regibus duce Mediolanē  
& Venetis.

De inundatōe Tíbridis Anno &c. xc. v.  
Explanatio Falconū ppe Thann in comítatu phi  
retræ. Anno &c. xc. v. visorum.

De portentifico Sue in Suntgaudia edito  
De monstroso Anserē atq; porcellis in villa gugen  
hein Anno &c. xcvi. productis.

g  
De monstroso partu apud Wormatiã Anno &c.  
xcvi. edito.

De insigni Cerua Regie maiestati donata Anno  
&c. xcvi.

De pestilentiali scorra siue ímpetigine.

h  
De conflictu & spectaculo vulpium  
Iactatio martialis homínis cōtra mortem  
Mortis responsio.

De causis deprauationis omnium rerum

De periculoso scacorū ludo

In solis eclipſim

De laudibus thermanū Marchionis Baden.

i

De natura & moribus aduocatoꝝ ex expiētia

Epigrāma saphicū in venerandī Iohānis Tritemii

Abbatīs Spanhemen. opusculum de miseria p̄-  
latorum claustralium.

De francisci petrachę laudibus & p̄stantia

De p̄stantia & sonoritate Campanę ecclesię btē  
marie virginis Ertforden.

k

Ad Campanā Felicis papę Basileę

Suo weiblingero

In laudē Rosuidę mulieris poetridos theutonice.

Ad reuerēdissimū & illustrissimū dñm hermannū  
archiepiscopū Coloñ. &c. de libellis Felicis hē-  
merlin.

Ad reuerēdissimū ep̄m wormatiē. in libellos Lu-  
podī Bebenburgen de religione & laudibus ger-  
manorum principum

Ad Lupoldum operis auctorem

Ad Renardum suum

Ad imemorem beneficii

Execratiō contra fortunam



Querela paupertatis eiusdem.

De admiranda quadā vermīū & sanguīs scaturigine nobilis domine Anne de Endingen Argen.

De armīs & insignibus nobilis familie de Rotperg Canō mutetę ex clypeo.

Ad egregium virum dominū Iohannem de lapide Carthusianum de logica per eum explanata

Epigrāma eiusdem doctissimi viri


De singularitate quorundē nouorum fatuorę


Ad dominū Iohannē Bergman de Olpe Archidiaconum Grandisualleñ. de prestantia artis impressorie a Germanis inuentę



Dum nos consulimus, Turcis sua littora Graeca  
Posthabet. Illyricos, Pannoniasq; rapit  
Quiq; Istru prius









OW 8231

BIBLIOTEKA UNIW. W POZNANIU



*Inc. 35. Q*

INKUNABULY